vt in.l.j.ff.ad.l.corneliam de siccariis.Qm̄ iste fuit bannitus ꝓ
homicidio dolose cōmisso que sententia banniti attendi debet
d.l.qd̄ ad statū.'vt supra late cōclusum fuit quam sniam banni
considerat statutum dum dicit dummodo talis quem eximere
vellet nō fuerit bannitus pro maiori maleficio.Et sic cōsiderat
sententiam bāni.Ex quibus cōcludit̄ qd̄ bānitus pro homici
dio d2 bannitus pro maiori maleficio ꝙ̄ bānitus ꝓ furtis tāꝙ̄
famosus latro.¶Solum nunc restat respōdere ad rationes in
contrariū allegatas q̄ cōsistunt in pluribꝰ pūctis.¶Primus
est qd̄ statuta loquētia de maioribus delictis intelligi debēt de
his que statuta habent ꝓ maioribus.Ad hoc dici pōt qd̄ non
excluduntur illa que attenta forma statutorum ⁊ iuris cōis eli
cerent̄ maiora ⁊ qd̄ ꝑpter qualitates cōsideratas a iure cōi ꝑ
pter quas maleficium dici d3 grauius nō possit etiam grauius
dici ex forma statutorum ⁊ sic aggrauet̄ a dictis qualitatibꝰ cō
sideratis a iure cōi.⁊ cōsequēter mixta cōsideratione iuris cōis
⁊ statutorum aliqd̄ crimē altero grauius dicatur.Hoc in simili
ostenditur. nam statuta nō intendūt punire nisi maleficia cō
missa in territorio qm̄ non possunt cōmissa extra.vt in. l. extra
territorium.ff.de iuris.om.iudi.Igitur non censet̄ velle hāc cō
sequentiam facit Bar.in.l.si sub cōditione.ff.de cōdi.institu. ⁊
13 Bal.in.l.fi.§.in computatione.ff.de iur.delib.†Et tamen ma
leficia extra commissa qualificant cōmissum in territorio ad pu
nitionem.vt per Bar.in.l.si cui.§.iisdem.ff.de accusa.¶Con
firmat̄ hoc idem per id qd̄ dicit Bar.in suo cōsilio.ix.informis
qd̄ incipit i nomine dn̄i viso statuto cōis tuderti.vbi ponit qd̄
licet aliqua aliquo respectu sint paria.tamen si vnus aliū prece
dit in aliquo preferri debet.arg.aut.itaq3.C.cōia de succes. Et
ideo dicit qd̄ licet duo sint in pari gradu vno iure puta canoni
co.si tamen alter iure ciuili est proximior tanꝙ̄ proximior pre
ferri d3:ita dicamus in casu nostro l3 ex forma statutorum ista
delicta dicerentur equalia aliquo respectu ꝑpter penam. tamē
q2 attento omni alio iure homicidiū est grauius maius repu
tari d3.¶Scd̄s punctus est posito qd̄ interpretatio fiēda esset
simpliciter iuxta formam statutorū qd̄ statuta videntur impo
nere maiorē penā pro furto ꝙ̄ ꝓ homicidio. s3 ad hoc dici pōt
14 negando hoc assumptum:q2 nō est simpliciter verū.Nā † pena
multiplici respectu aliquādo d2 maior ⁊ aliqñ minor aliquādo
respectu persone cui imponitur.prout declarat Bart.in.l.j.in
fi.ff.de penis.⁊ Spec.in tit.de accusa.in tertia parte. §.quinto.
ad fi.Aliquando respectu qualitatis ipsius pene.Nam vt di
cit not.Archi.in.c.corripiant̄.xxiij.q̄one tertia.vna pena dici
tur maior altera multis modis vt ibi per eū.⁊ inter alios dicit
qd̄ aliquādo d2 maior q2 atrocior.et hoc respectu pena furcarū
nō d2 maior.Quinimmo audiui a phisicis qd̄ ꝓ illo instanti in
fert maiorem dolorem.⁊ qd̄ est maior ⁊ non pro minori instan
ti ꝙ̄ pena furcaru3 dicitur esse maior in pena in casu nostro ꝑ
pter publicatiōem bonorum vt supra clare demōstratum fuit.
Aliquādo d2 maior quasi magis probrosa ⁊ ignominiosa.put
est quando imprimit̄ signum cū ferro candēti in corpus huma
15 num vt ibi latius.vnde videmus qd̄ †pena fustigationis rōne
ignominie equiparat̄ pene mortis ſm Bal.in.l. transigere. C.
de transac.⁊ hoc respectu pena furcarum q2 magis vilis cense
tur maior pena a statutis. vñ non est verū simpliciter qd̄ sit ma
ior pena.sed ſcd̄m quid.verba autem intelligi debēt simpliciter
⁊ non ſcd̄m quid.l.hoc legatū.ff.de leg.iij.cum si.Et sic conclu
ditur qd̄ illud assumptum.qd̄ pena furcaru3 est maior pena ꝙ̄
capitis non est simpliciter verū. nec ex illo argui pōt. ¶Ter
tius ⁊ vltimus punctus est posito qd̄ maior pena esset furca ꝙ̄
decapitari.sequitur ergo maius est delictum furti quā homici
dii ſm intentionem statutorum.vt in prin.probatū fuit.¶S3
16 ad hoc respondetur clarissime†qd̄ non v3 ista cōsequentia sem
per imponitur maior pena.ergo est maius delictum ſm Mat
theum in cle.ad nostram.de hereticis.⁊ refert ⁊ sequitur Car.
in septima oppo.⁊ post eum Jo.de imo.Nam maius peccatu3
est occidere matrem ꝙ̄ vxorem.⁊ tamen maior pnīa imponitur
occidenti vxorem.xxxij.q.ij.admonere.Adducunt etia3 alia de
quibus ibi per eos ⁊ hanc cōsequentiam etiam negat Bal. in
d.l.j.C.qui accu.non possunt.Et ad contraria dicendum est qd̄
in dubio ex qualitate pene cognoscit̄ qualitas delicti.secus vbi
per alias rationes probatur qd̄ delictum est maius.licet minor
pena imponatur.Nam Mattheus Card.⁊ Imo.in loco preal
17 legato decidūt†qd̄ licet rōne maioris pene fornicatio deberet
dici maius peccatū ꝙ̄ mēdacium tamen q2 per alias rationes
ostenditur qd̄ mendacium est maius peccatū ꝙ̄ fornicatio deci
dunt qd̄ fornicatio dicat̄ minus.ita in casu nostro licet ex quali
tate pene videretur maius peccatum furtum ꝙ̄ homicidium

q: tamē p alia media nedum de iure cōi sed etiam ex forma statutorum probat homicidiū debet maius iudicari non habet obstare qualitas pene quominus maius delictū iudicādū sit. ℞ est concludēs responsio. Confirmat̄ nā prefatus doctor in . d. cle. ad nostram. nō habito simpliciter respectu ad penā dicit q̄d crimina variant̄ ex circūstātijs. c. ℞ si qōnes. de symo. ℞ in qōne posita dicūt cōsiderandū esse quale preiudiciū surgat ex mēdacio. Nam sicut quādā leuitate mēdaciū dicat̄ fornicatio d̄r grauius alias secus. vnde in casu nostro siue cōsideremus circūstātias siue p̄iudicium grauius d̄r delictū homicidij vt ex multis euidenter supra demōstratū fuit. ¶ Preterea Bal. in. d. l. j. C. qui accu. nō pos. dicit q̄d qñ querimus qñ delictū dicat̄ maius altero si sumus in regula seu materia pmissa. consideraт̄ delictū nō simpliciter ex pena s̄z ex cā ℞ pena simul. s̄z in casu nostro sumus in regula pmissiua. s. exceptionis bāniti a bāno dummodo ℞c. ergo attēdi d̄z q̄d sit maius ex cā ℞ ex pena sed ex cā indubitanter d̄r maius ex pena aliquo respectu tñ ppter atrocitatem tum propter publicationē ergo p maiori parte d̄r maius delictum istius cōsiderationis. ℞ sic cōprehendit̄ in exceptione sta-
18 tuti. ¶ Confirmant̄ premissa † q: dum statutū dicit dummodo nō p maiori ℞c. intelligi d̄z nō de maiori p accidēs sed naturaliter vt pbat̄ ex his que habent̄ in. l. itē veniūt. §. cū pdirimus ff. de peti. here. ℞ p gl. ℞ doc. in. l. certi ɔditio. in prin. ff. si cer. pe. S̄z p furto naturaliter non imponit̄ pena mortis neq: de iure cōi neq: ex forma statutor: sed per accidens. s. p consuetudinē in randi vt tradit̄ in. d. aut. sed iure. C. de seruis fugi. Igit̄ propter hoc accidēs nō d̄z dici maius delictū ita q̄d cōprehendatur in statuto loquēte de maiori delicto. ¶ Postremo ℞ si aliquo respectu furtum diceret̄ maius tñ multiplici respectu d̄r minus homicidio istis aūt qualitatib⁹ mixtis dat̄ inter al's triplex regula. ¶ Prima q̄d attendunt̄ qualitates potētiores. l. q̄rit̄. ff. de sta. ho. que in homicidio sunt vt supra ex predictis apparet. ¶ Scōa q̄d attendit̄ qualitas phibitiua. vt tradit Bar. in. l. si qs in graui. §. fi. ff. ad sille. Igit̄ in casu nostro attēdat̄ qualitas q̄ impedit exeptionē a bāno. ¶ Tertia q̄ attēdit̄ qualitas qua mediāte cōcordamus cū iure cōi. vt in pulchra qōne dicit Bal. in. l. si quis decurio. C. de falsis. Igit̄ in casu nostro attēdat̄ qualitas qua mediante non possit fieri exēptio a bāno sicut de iure cōi. ¶ Ex quibus omnibus concludo sine hesitatione q̄d dicta exemptio a bāno fieri nō potest. Laus deo ℞c. Amen.

¶ Consilium. clviij.

1 Appellare tertio an quis possit?
2 Princeps non pōt p rescriptū indulgere q̄d appelletur tertio.
3 Exceptio nullitatis nō impedit executionē triū sententiarum.
4 Assignatio dotiū si fiat in diuisionibus inter fratres an p talē assignationem probentur dotes.
5 Possidēs bona vt diuisa cū alijs fratrib⁹ an ex h' pbet̄ diuisio.
6 Ratificatio actus fit per absentem.
7 Actus noīe meo gestus ratihabitione dicitur meus.
8 Positione aduersarij qñ quis possit se fundare.
9 Presumitur pro sñia etiam secundi decreti lata in absentem ℞ contumacem que transiuit in rem iudicatam.
10 Possessione sua an quis priuari possit sine citatione.
11 Presumitur aliquando pro citatione.
12 Presumitur magis pro iustitia sententie q̄ pro rititudinē.
13 Citatio requiritur qñ sententia exequitur super eadem re qua lata est contra tertium.
14 Dispositio. l. a diuo pio. §. si super. ff. de re iudi. habet locum in secundo decreto.
15 Citatio continens expressum iuris errorem est nulla.
16 Ingrediens possessionem alterius virtute decreti inualidi nō excusatur a pena legis meminerint.
17 Decreto iudicis interueniente oīa presumuntur solēniter acta.
18 Presumitur pro solēnitate enunciata.
19 Decretum interpositū ad instantiam petētis se immitti in possessionem rei possesse per titium eo non citato: non valet.
20 Missio in possessionē qñ fit in iudicio q̄d nō dirigit̄ ɔ̄ certū aduersarium si alius est in possessione talis d̄z citari alias immissio non tenet.
21 Decretum interpositū cōtra certū aduersariū citatum super re tanq̄ ipsi spectante que tñ ad tertiū nō citatū ptinebat tale decretum l̄z sit iniustum non tamen est nullum.
22 Sententia pmi ℞ secūdi decreti preiudicat tertio citato.
23 Decretum si est interpositum sup re tanq̄ ptinente ad titiū p tale decretum iudex non intendit preiudicare tertio.
24 Possessio ciuilis acquiritur ex negligentia longi temporis.
25 Testis verba intelligi debent prout sonant in factum.
26 Traditio presumitur facta ex precedenti causa debiti.
27 Dispositio. §. in venditione. nō h̄z locū in hypotecharia.
28 Ius retentionis transit in singularem successorem quicquid dicatur in iure agendi.
29 Obligatio psonalis l̄z diuidat̄ inter heredes tñ hypothecaria remanet contra quālibet rem hereditariam insolidum.
30 Actio personalis vel hypothecaria an transeat sine cessione.
31 Inferior a principe nō pōt vti plenitudine potestatis.
32 Reges/duces ℞ comites an possint tollere ius tertij vel rem alterius cum causa: ℞ an talis potestas prescribatur.

Dominus labia mea aperiat ℞ spiritussanctus illuminet intellectū. Uisis pcessu sentētijs ℞ cōsilijs in vtranq: partē redditis in cā vertente inter Thomā Paulim ser Bertini ℞ Philippuz dñi Gregorij de Fauētia ad me transmissis ab illustrissimo dño Fauentie super quibus cuperet iudiciū meū habere. non tñ ex scripturis trāsmissis intentionē sue dñationis pcipere possum. ¶ Reperio eñi in pcessu quatuor sententias diffinitiuas latas que quantum ad condēnationē Philippi respectu petie terre petite p do. Thomā oēs sunt concordes: sed quantum ad hoc vtrum Philippus habeat ius retentionis sola sñia consilij sue illustrissime dñationis tale ius retentionis concedit q̄ fuit lata in causa prime appellationis interposite per dictū Philipū p quā reformata fuit sñia primo que simpliciter condēnabat do. Philippū ad restituendū petiū terre petitū. ℞ idē disponit tertia sñia que expresse reprobat ius retētionis. idē etiā dicit quarta. ℞ sic dictus Philippus bis appellauit. ℞ in iure retētionis tres h̄z sententias conformes cōtra se. quapropter nō percipio an prefatus illustris. dñs declarari cupiat quid iuris stātib⁹ firmis sentētijs latis. an vero quedam dictarū partiū iustitiā foueat circūscriptis sententijs latis p dominos iudicantes. ℞ sic an dicte tres sentētie fuerint iuste late vnde vt sup vtroq: quid sentiā intelligat vtrāq: difficultatē substātialiter loquēdo psequar. ¶ Circa primā difficultatē paucis est agēdum. Nā cū dictus Philippus bis appellauerit ℞ habeat tres sentētias conformes contra se nō pōt neq: per viam appellatiōis nec supplicationis petere retractare dictas sñias. vt habet̄ in rubro ℞ nigro. C. ne liceat tertio prouocare. ℞ per Specu. in tit. de appel.
1 §. quotiens. in prin. ℞ habetur. ij. q. vj. si quis in quācūq: † nec sumus in aliquo ex casib⁹ in qbus admittatur tertia appella. de quibus in. l. vnica. C. ne liceat tertio prouoca. ℞ per docto. in. c. sua nobis de appel. ℞ in. c. directe eo. ti. vbi late p Moder. perusinos in formis. ¶ Quinimmo vt dicūt doc. † nec princeps nec
2 papa per viā rescripti ex ordinaria ptāte tertiā appellationē indulgere pōt. vt est tex. no. in. d. c. sua nobis. vbi pbatur q̄d nō volent luere seu rescriptum sup tertia appel. probat etiam idē tex. in. d. l. vnica. vbi d̄r q̄d nō potest etiam supplicari super tertia appellatiōe sicut etiā videmus q̄d appellatione deserta per viam rescripti ex potestate ordinaria reparari non pōt. vt in. l. nemo. C. de tpibus appel. ¶ Uerū tñ est q̄d de plenitudine potestatis p viam priuilegij princeps pōt tertiam appellationem ex certa scientia cōcedere. ita cōcludunt Bal. ℞ Jo. de imo. in. d. c. sua nobis. vnde si princeps rescribit q̄d iterū cognoscat̄ non obstantibus tribus sententijs ℞ bina appellatione posset iterū cognosci f̄m gl. ℞ Bal. in. l. fi. C. senten. rescin. non posse. ¶ Ex quibus breuiter ɔcludo q̄d si dictus Illustris. domi. vult vti ordinaria potestate disponere d̄z q̄d ex quo late sunt tres sñie cōformes reprobantes retentionē q̄d dicte sñie executioni mandē
3 tur reseruato dicto Philippo iure dicendi de nullitate † si ex aliquo capite sibi competeret qñ contra tres sententias exceptio nullitatis non impedit executionē. vt est casus in cle. de re indicata. Ubi dicunt do. Ant. ℞ Jo. de imo. q̄d pcedit etiā si ex inspectione actorū euidēter appareret de nullitate sñie. ℞ quāuis teneremus aliā opinionē q̄d tunc qñ euidenter ex actis constaret de nullitate q̄d impediret̄ executio. prout tenent Bal. ℞ Saly. in. d. l. j. C. ne liceat tertio puoca. ℞ Jo. de imo. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuncia. ℞ in. l. si expressim. de appel. ℞ Cuma. ℞ pleriq: Moder. in. l. iiij. §. cōdēnatū. ff. de re iudi. tñ hanc euidentē nullitatem ex actis non percipio. vnde concludo vt dixi q̄d si dominus vult ordinaria potestate tñ vti disponere d̄z dictam sñiam executioni mandari vt supra dictū est. Et hec de prima difficultate sufficiant. ¶ Circa secundam difficultatem in primis arbitror q̄d quatenus dictus Philippus cōdēnatus fuit ad dictum petiū terre in quo omnes quatuor sententie sunt cōcordes q̄d tales sentētie fuerint iuste late vt patet ex processu quarum iustitiam sup hoc non prosequor tum q: satis clare patet ex processu q̄d actor pbauit sibi incumbentia. tum etiam q: super hoc non video fieri difficultatem s̄z tantū super iure retentionis cum quātum ad condēnationem Philippus acquieuerit sententie late per dños de consilio nō appellando ab ea. l. ab eo. cum ibi not. C. quomodo ℞ qñ iudex. ¶ Quare tantum est discutiendū nūquid sententia lata p dominos de

minos de cõsilio fuerit iuste lata in ea parte in qua dicto Phi-
lippo conceditur ius retentionis.prout latius in dicta senten-
tia cõtinetur.¶Pro cuius difficultatis clariori demõstratio
4 et fundamento in primi discutiendum est † an per instrumen-
tum diuisionis factũ inter se Bertinũ ⁊ fratres ex vna. ⁊ Bla-
siũ eoꝝ patruuʒ ex alia super diuisione bonoꝝ communium in
quo assignantur dotes matris dicti ser Bertini in bonis as-
signatis dictis ser Bertino ⁊ fratribus in partem ⁊ declarant̃
in dicto instrumento dotes matris dicti ser Bertini esse libras
dcccc.prout latius in publico instrumẽto apparet probent̃ do-
tes predicte sup quo concludendũ videbat̃ qꝺ sic. prout elegan
ter decidit Bar.in suo consi.xiij.scðm ordinem perusinum qꝺ
incipit titius ⁊ seyus venerunt ad diuisionem. qꝺ consilium re
fert ⁊ concludẽdo sequit̃ Pau.de ca.in suo consi.lxxxiij . incip.
qꝺ prefata sententia arbitralis.Et hoc speciali priuilegio do-
tis prout declarant Bar.in dicto cõsilio.⁊ Pau.de ca. Quod
quidẽ priuilegium transit ad filios.l.assiduis.§.exceptis.C.qui
potio.in pig.ha.⁊ traditur in.l.etiam.ff.sol.matri.⁊ in.l.j . vbi
late Bar.eo.tit.ex quo instrumẽto diuisionis infert̃ qꝺ dictus
ser Bertinus habebat omnia bona fratrum que fuerãt Pau-
li eorum patris obligata pro tribus quartis dotis materne qꝛ
pro alia quarta parte pro qua ipse erat heres patris erat cõfu-
sa actio iuxta no.in.l.debitori.C.de pactis. ¶Sed contra hoc
instrumẽtũ instat pars aduersa qꝺ dictũ instrumẽtũ tantũ pro-
bat contra ipsos q diuisione interuenerunt quo casu loquitur
Bar.⁊ sic cõtra ser Bertinum q interuenit non cõtra Thomá
⁊ fratres qui in diuisione non interuenerunt.qꝛ res inter alios
acta aliis nocere non dʒ vt in.l.sepe.cũ materia.ff.de re indi . ⁊
in.c.pe.extra eo.tit.⁊ per totum.C.res inter alios acta.cum vul
garibus.¶Cui obiectiõi respõdeo qꝺ dictus Thomas dictã
diuisionem vt in instr̃o contentã ratificauit seu censetur ratifi-
5 casse.ista respõsio probat̃ in primis.†Nã ipse simul cũ aliis fra
tribus suis lõgo tpe possedit bona patris separata a bonis pa
trui igitur censentur possedisse ex precedẽti titulo diuisionis.l.
quedam mulier.cum ibi no.ff.de rei vendi.⁊ in.l.ij.C.de acqui.
pos.Nam ex quo apparet titulus diuisionis ⁊ ꝓbatur postea
diuisa bonorũ possessio presumitur habita ex dicto precedenti
titulo per dicta iura.⁊ declarat Bar.in.l.cũ solus.⁊ in.l.celsus.
ff.de vsuca.⁊ per cõsequens cẽsetur dictam diuisionem appro-
basse. arg.l.filio.C.de iure deli.⁊.l.si filius.cũ ibi no.C.de peti.
here.⁊ glo.no.in.l.pe.C.cõi diui.facit.l.paulus.ff.rẽ ratã habe.
Ex eo em̃ qꝺ dict⁹ Thomas sciuit diuisionẽ factã.vt ptʒ ex ꝓ-
cessu quodam agitato inter ipsum Thomam ⁊ Ludouicuʒ ⁊
xp̃ophoꝝ quondã Petri Antonij.⁊ postea ꝓmiscue simul cuʒ
ser Bertino possedit bona tanq̃ diuisa a patruo dꝛ talem diui
sionem ratificasse maxime cum diutina patientia ⁊ possessione
post diuisiõem per ea que no.ponit Bal.in.l.ij.C.de legi. here.
allegat ad hoc glo.quã dicit subtilẽ in.l.j.C.qui admit.⁊ ibi no
tabiliter hoc declarat Bal.in.vij.capitulo.ad idem faciunt ple
ne no.per doct.in.l.qui aliena.in prin.ff.de acqui.here.¶Con-
firmatur ista conclusio.Nam in eodem ꝓcessu ponitur qualiter
ser Bertinus ⁊ mater dicti Thome deuenerũt ad diuisionem
ipsius noie ⁊ fratris.item qualiter inter heredes ser Pauli ⁊
eorum patruum facta fuit diuisio.⁊ Thomas respõdendo fa-
tetur ẜm quod in instrumento diuisionis apparet.⁊ sic fatet̃ se
diuisisse prout in dicto instr̃o continet̃ per quã cõfessionẽ censet̃
ratificare diuisionem.prout in instr̃o ad quem se refert. l . si ita
scripsero.ff.de condi.⁊ demõ.⁊ in.l.asse toto.ff . de hered.instit.
6 Nec†absentia ser bertini vel patrui hʒ impedire talem ratifica
tionẽ q̃ in absentia fieri potuit.vt per Bart.in.l.põponius. ff.
de neg.gest.⁊ in.l.quo enim.in fi.ff.rẽ ra.ha.cum si . ¶Item in
prima cã agitata corã ptãte dictus Thomas ponit se⁊ fratres
suos diuisisse prout in dicto instr̃o diuisionis apparet. ⁊ sic vi-
detur ⁊ censetur approbare dictam diuisionẽ.tũ qꝛ vtitur ⁊ ap
probat instrumentum diuisionis iuxta no.per Bal. in. l . alia.
in prin.ff.de his qbus vt indig.tum qꝛ dicit se diuisisse.sed non
potest dici diuisionem ab eo factã ex quo nõ interuenit nisi ra-
7 tificatio†quo casu actus gestus noie meo ratihabitiõe dicitur
meus.l.si pupilli.§.item queritur.⁊ ibi no.ff.de nego.gest.⁊ per
Bar.in.l.si pecunia.C.de neg.gest.¶Nec ob.si dicatur qꝺ phi-
lippus non potest in tali positione se fundare qꝛ illam negauit
vt in regula ex eo.cum materia de regu.iur.in.vj. ⁊ per Bart.
in.l.post legatum.in prin.ff.de his q.vt indig.¶Qm̃ ad hanc
obiectionẽ respõdeo qꝺ dictus Philippus postea in ꝓcessu pri
me appellationis posuit dictã diuisionẽ factã inter dictũ Bla-
sium ⁊ ser Bertinũ Thomã ⁊ Xp̃ophorũ ⁊ dictũ instr̃m diui-
8 sionis confectum ⁊ sic suã negationeʒ reuocauit†quo casu põt
in positione aduersarij se fundare ẜm Barto.in.d . l . post lega
tum ⁊ sequitur Bal.in.l.edita.in repe.paduana.in.xxxij. colũ.
versi.sepe accidit.C.de eden.¶Nec potest ponens positionem
suam reuocare nisi docto de errore ẜm Bar.in dicto loco igitur
simplex negatio Thome negando positionem Philippi sup
diuisione non videt̃ sibi prodesse.⁊ maxime in tali positione ne
gata põt se fundare.qꝛ illa probata est per instrumentum pro-
ductum a philippo su ꝑdicta diuisione confectum per ea q̃ po-
nit Bar.in.d.l.post legatũ.¶Ex quibus omnibus maxime ex
possessione ⁊ tpis diuturnitate arbitror satis sufficiẽter proba
tam ratificationẽ dicte diuisionis de qua cõstat dictũ instrumẽ
tum ꝑ dictũ Thomã.¶Ex qua cõclusione infero aliã conclu-
sionẽ clarissimã vcʒ qꝺ dictus ser Bertinus habebat oĩa bona
cõsignata sibi ⁊ fratrib⁹ in diuisione ꝓ parte fratruʒ sibi hypo-
thecata.si illa q̃ fuerant in bonis ser Pauli ꝓ trib⁹ quartis di
cte dotis matris sue.qm̃ ex dispositione iuris oĩa bona mariti
sunt ꝓ restitutiõe dotis tacite hypothecata ꝓut habet̃ in.l. vni
ca.§.⁊ vt plenius.C.de rei vxo.act.⁊ in.l.assiduis.C.q potio . in
pig.ha.⁊ ꝑ glo.⁊ doc.in.l.j.ff.solu.ma.¶Scðo principaliter di
scutiendũ est ex quo p̃dictũ petiũ terre fuit ꝑ scðm decretũ assi-
gnatum dño Gregorio patri dicti Philippi de quo tm̃ appa-
ret snĩa adiudicationis insolutũ ꝑ scðm decretũ vnde videndũ
⁊ discutiendũ est de validitate dicti scði decreti. ¶Sup qua p̃-
9 suppono quod† pro iustitia ⁊ ritítudine dicte adiudicationis
ex scðo decreto p̃sumit̃ in dubio.ex quo talis snĩa adiudicatio-
nis trãsiuit in rẽ iudicatã q̃tũcunq; etiã lata fuerit in absentẽ
⁊ cõtumacẽ ẜm do.Ant.Imo.in.c.in p̃sentia.de renũ. ⁊ Imo.
in.c.cũ in iure de offi.dele.vbi dicit hãc esse cõem opi.⁊ ꝑ Inn.
Abb.Imo.⁊ oẽs in.c.qm̃ contra.extra de ꝓba.⁊ Ro . ⁊ Mo-
der.multa ad hoc cumulantes in.l.sciendũ.ff.de ver.obli . quo-
rum dicta ad plenum recitãt dñi patroni ⁊ cõsulentes in fauo-
rẽ dicti Philippi.sed iudicio meo non bene defendunt dictam
snĩam secũdi decreti ab impugnationibus aduersariorũ.¶Vi
deamus ergo duas impugnationes seu duo fundamẽta sup q-
bus se fundãt aduersarij.¶Primũ est qꝺ tale decretũ respectu
10 fratrũ dicti ser Bertini fuit nulliter ĩterpositũ ex eo†qꝛ fratres
dicti ser Bertini nõ potuerunt eorum possessione priuari ipsis
nõ citatis ꝓut cõsuluit Bar.in suo cõsilio qꝺ incipit missus in
possessionem. qꝺ cõsiliũ refert ⁊ sequit̃ Pet.de anc.in suo cõsi.
cxxiij.incipit satis inaduertenter.⁊ ꝓbat̃ in.l.fi.C.de edic . di-
ui.adri.tollẽ.⁊ Pet.de ancha.⁊ Dñicus in.c.fi.de elect.lib . vj.
qꝺ aũt ipsis nõ citatis interpositũ fuerit ptʒ qꝛ nullibi de tali ci
11 tatiõe cõstat.†Et ad fundamẽtũ qꝺ p̃sumit̃ ꝓ citatione vt dixi
de quo etiam ꝑ Moder.in.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi. ¶Rñ-
det insignis doctor dñs Pucius ⁊ recte qꝺ dicta cõis opi.ꝓce
dit in dubio.sʒ ĩ casu nr̃o vꝛ cõstare de nõ citatiõe ex tenore snĩe
in qua fit mẽtio de citatiõe dicti ser Bertini ⁊ nõ de citatione
aliorũ fratrũ ex quo dat̃ intelligi qꝺ cũ iudex in snĩa faciat men
tionẽ de oĩbus actis ⁊ de citatiõe ser Bertini ⁊ nõ citatiõe fra
trũ qꝺ eius fratres nõ fuerũt citati.si em̃ fuissent citati de eorũ
citatione mẽtio habita fuisset in snĩa.ex cuius lectura ostẽdi vꝛ
citationẽ nõ factã sicut in simili ꝑ ostensionẽ actorũ tollit̃ p̃sum-
ptio citatiõis iuxta no.ꝑ Bar.in simili ĩ.l.hi q ad ciuilia. C.de
app.⁊ ꝑ.d.Ant.⁊ Mod.in.c.qm̃ ꝯ.de ꝓba.bene facit tex.in . c.
vnico.de lit.cõtest.⁊ ar.coꝝ que ponit Io.an.in ti.de snĩa.§ . vt
aũt.ver.⁊ no.¶Sʒ ego etiã rñdeo clarius qꝺ tota materia tra
dita ꝑ doc.in.d.l.sciendũ.⁊ in.d.c.qm̃ ꝯ.qꝺ p̃sumant̃ citatio lo-
quunt̃ quo ad ꝑsonas nominatas in snĩa cũ qb⁹ iudiciũ est agi-
tatũ.Quo aũt ad tertiũ nõ nominatũ ĩ snĩa cũ quo iudiciũ nõ
est agitatũ qꝺ p̃sumat̃ hoc neq; iura neq; doc.dicũt ⁊ ꝓbat̃ rõ-
12 ne:nã†magis presumit̃ pro iustitia snĩe q̃ ꝓ rititudine ⁊ solẽni
tate vt ptʒ ex his q habent̃ in.c.sicut.de re iu.⁊ in.c. in p̃sentia.
de renũ.⁊ tñ lʒ ꝓ snĩa q trãsiuerit in rẽ iudicatã p̃sumantur pre-
sumptione iuris ⁊ de iure.hoc est verum quo ad ꝑsonas nomi-
natas nõ quo ad tertiũ.qꝺ ptʒ qꝛ cõparere põt ⁊ eius executio-
nẽ impedire.⁊ reqrit̃ tũc noua cause cognitio.vt ĩ.l.a diuo pio.
§.si sup rebus.⁊.§.si post aditam.ff.de re iudi.Igit̃ fortius non
dʒ ꝓ rectitudine p̃sumi respectu tertij q in iudicio nõ interue-
nit alr̃s si tertius q p̃tenderet interesse rõne ꝓprietatis vel pos-
sessionis non admitteret̃ post snĩam si presumeret̃ citatio ꝑ ea q̃
no.gl.⁊ doc.ĩ.l.de vno quoq;.ff.de re iudi.⁊ sic redderet̃ frustra-
toria dispositio.§.si sup rebus.⁊.§.si post aditũ.vñ dicimus qꝺ
snĩa lata nõ p̃iudicat alteri.l.sepe.ff.de re iudi.p̃sumit̃ ꝓ instru-
mento.⁊ tñ non quo ad ꝑsonas nõ noĩatas ꝑ id qꝺ habet̃ in . l .
13 desideriũ.C.depositi.Videmus etiã qꝺ†lʒ qñ fit executio snĩe in
re sup qua lata est ꝯ cõdemnatũ nõ requirat̃ alia cause cognitio
vel citatio ẜm Inn.in.c.ex ratione.de app.⁊ in.c.cũ super.extra
de re iudi.⁊ sequit̃ Bar.in.d.l.a diuo pio.§.in venditione . ta-
men si fieret in eadẽ re ꝯ tertiũ requirit̃ citatio ⁊ cause cognitio
ẜm Inno.in.c.qꝛ.v.de iudi.⁊ tenẽt Bal.⁊ Imo.in.l.si hine . ff.
de iniusto testõ.⁊ Bal.in.l.si parte.ꝑ illũ text.C.de dotis ꝓmis.
⁊ sic ptʒ qꝺ ꝯ tertium non nominatũ nõ p̃sumit̃ pro snĩa.Vide-
mus ẽt qꝺ si cõmittit̃ cã appellatione remota.talis clausula nõ

operatur quo ad p̄iudiciū tertij nō noīati.ſȝ in caſu noſtro nō
fuit direcum iudiciū niſi contra ſer Bertinum q̄ erat debitor
non cōtra fratres qui nō erāt debitores vt pȝ ex tenore libelli
inſerti in ſnīa.⁊ ex ipſa ſnīa adiudicationem inſolutū paralo-
gizant.ergo cōſulentes diſputātes illū articulū nunq̄d in caſu
noſtro p̄ſumatur ꝓ rectitudine ſnīe cōtra tertiū non noīatum
in ꝓceſſu ſeu ſnīa.¶Scōm fundamentū aduocatorū ⁊ cōſulto-
rū dicti Thome eſt qd̄ decretū ſeu ſnīa adiudicatiōis fuit nul-
14 la.†q2 nō fuit ſeruatus ordo traditus in.l.a diuo pio[a].§.in vē-
a ditione.ff.de re iudi.vbi gl.vȝ hoc decidere q̄ in verbo bene eſt.
voluit qd̄ ordo ibi ſtatutus locū habeat etiā qñ fit miſſio in poſ
ſeſſione virtute ſecūdi decreti cōtra cōtumacē ⁊ hec cōis appro
batur ſm Ang.ibi alleg.no.ꝑ Spe.in ti.de primo ⁊ ſcdo decre
to.§.reſtat.ver.⁊ ſatis.⁊ vȝ caſus in.c.qm̄ frequenter.§.fi. extra
vt lit.nō ꝯteſt.⁊ ſequunt̄ ibi gl.⁊ doc.hāc ſequunt̄ Imo.⁊ Alo
der.dicentes hāc eſſe cōem.⁊ ſi dicat̄ qd̄ lȝ fuerit ordo ſeruatus
tñ decretū nō eſt nullū:ſed opus erat appellatione ſm Bar. in
d.§.in venditione.dici pōt ſm cōſulentes ꝓ dicto Thome qd̄
immo decretū nullū ꝑ illū tex.in.d.§.in vēditione.iuncta.l. nō
dubiū.C.de legi.⁊ ſequunt̄ pleriqȝ moder.nō parue autoritatis
duplici rōne.¶Prima rō eſt q2 Bar.nō vȝ bona dum vult qd̄
ille ordo ſit ibi poſitus nō rōne neceſſitatis ſed fauore debito-
ris:nam magis grauat̄ debitor ꝓ vēditione immobiliū q̄ ſi ca
piant̄ noīa debitorū.l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de reb.eoꝝ. ⁊
nihilominus tex.in.d.§.in vēditione.prius vult vēdi immobi-
lia per quod magis grauat̄ debitor q̄ capi nomina debitorū
per qd̄ minus grauat̄.igit̄ vȝ qd̄ ille ordo ibi poſitus ſit tāq̄ or-
do neceſſarius ⁊ ſolēnis q̄ vt minus grauet̄ debitor. ¶Scda
rō eſt q2 vȝ exp̄ſſus error iuris in cōmiſſione executiōis ſi iudex
interloquendo nō dicat prius executionē fieri debere in rebus
15 mobilibus.ergo nulla eſt cōmiſſio† ſicut nulla eſt citatio cōti-
nēs expreſſum iuris errorē:vt no.gl.⁊ doc.in.c.veniēs.de accu-
ſa.⁊ Inn.in.c.p̄terea.de dila.⁊ Bar.in.l.ij.ff.ſi q̄s in ius voca.
non ierit.Ex q̄bus cōcludi vȝ nullitas dicti decreti adiudica-
tionis inſolutum.ex qua concluſione videbat̄ in ꝓpoſito infe-
rēdū qd̄ dictus Philippus nō poſſet dictū petiū terre aliquo
modo retinere.¶Iſta cōcluſio vȝ ꝓbari.nā dictus do. Grego-
rius adeptus videt̄ poſſeſſionē cum vitio ⁊ ſuꝑ qd̄ veniebat pu
niēdus.vt eſt caſus ⁊ ibi no.in.l.meminerint.C.vnde vi.⁊ in.l.
fi.C.ſi ꝑ vim vel alio modo.⁊ no.bar.in.l.iuſte poſſidet.ff.de ac-
16 qui.poſ.vbi cōcludit† qd̄ ille qui ingredit̄ poſſeſſionē[b] alterius
b virtute decreti inualidi.nō excuſat̄ a pena.d.l.meminerint.nec
etiā a penis ſtatutorū.⁊ idē voluit Bar.in cōſilio qd̄ incipit in
q̄ōne vertente in curia dñi capitanei.⁊ maxime qñ eſt inualidū
rōne omiſſe citationis ſm Bal.in diſputatione q̄ incipit. accu
ſatus de vi turbatiua.in.xj.col.⁊ ſequit̄ Lud.ro.in.d.l.iuſte poſ
ſidet.⁊ tȝ gl.in.d.l.ſi q̄s in tātā in.j.q.in q̄ōne ſuꝑ tp̄e.in.iij. par
te.C.vñ vi.ſi ergo acq̄ſita fuit poſſeſſio cū vicio.igit̄ retinere nō
pōt.l.j.§. redigunt̄.ff.quoꝝ leg.⁊ in.l.j.§'. ⁊ patrui.ff.qd̄ vi aut
clā.⁊ tenēt Bal.Saly.⁊ alij in.l.fi.C.cōmodati.⁊ ꝓbat̄ in.l.ſi fi
lio.in prin.ꝑ locū a ſpeciali.⁊ ibi Bar.⁊ doct.maxime Lud.ro.
ff.ſol.ma.¶Preterea ſi Thomas ⁊ fratres ſpoliati ſunt virtu
te decreti inualidi ante oīa videtur qd̄ ſint reſtituendi.l.ſi q̄s a
ſe fundum.C.ad.l.iulia.de vi.traditur in.l.naturaliter.§. nihil
cōe per Bar.⁊ doc.ff.de acq.poſ.cū ſi.¶Nec hoc caſu videtur
dici poſſe qd̄ factum a iudice cēſeat̄ factum a parte.vt in.l.ſi ob
cauſam.C.de euic.nā illud hȝ locū qñ iudex rite ꝓceſſit. al's ſe-
cus.ita dicit Bal.per illū tex.in.d.l.ſi ob cām.ita etiā cōcludūt
doc.oēs in.l.meminerint.per illū tex.C.vnde vi.⁊ in his cōſiſtit
pene totū fundamentū cōſulētiū in fauorē dicti Thome cōtra
dictū Philippū.¶Sed tñ p̄miſſis nō obſtātibus arbitror di-
cto Philippo circūſcriptis filijs latis ſi haberem hanc cām iu-
dicare cōpetere retentionē ꝓut iudicarunt.⁊ bene iudicio meo
dñi de cōſilio illuſ.do.¶Et ꝓ fundamēto p̄ſuppono vnum qd̄
oēs in hac cā fateri videt̄ qd̄ dicta ſnīa adiudicationis inſolu
tum p̄ſumit̄ ſolēniter lata ꝯ dictū ſer Bertinū ⁊ p̄ſumit̄ qd̄ ipſe
fuerit legitime citatus.et hoc primo q2 cū ſit ꝑſona contra quā
lata eſt ſnīa ⁊ lapſum ſit longū tp̄s p̄ſumi dȝ pro iuſtitia ⁊ riti-
tudine ſm magis cōem opi.doc.in.d.c.qm̄ cōtra.⁊ in.d.c. in p̄-
ſentia.⁊ in.d.l.ſciēdū.⁊ q2 in hoc multū inſiſtunt aduocati di-
cti Philippi remitto me ad dicta per eos q2 materia trita eſt.
17 ¶Confirmat̄ etiā† q2 ſi vbi decretū iudicis in modū volunta-
rie iuriſditionis eſt interpoſitū p̄ſumunt̄ oīa ſolēniter acta ꝓut
voluit no.Spec.in tit.de emp.⁊ vendi.§.nūc dicēdū reſtat.ver-
ſi.⁊ breuiter ſcias.⁊ do.Ant.in.d.c.qm̄ ꝯ.per tex.in.l.ab ea par
te.ff.de proba.⁊ do.Ant.in.c.qd̄ ſicut de ele.⁊ Bal.in.l.q̄cunqȝ
C.de bo.q̄ libe.⁊ in pleriſqȝ alijs locis tenēt doc.quos ad plenū
cumulat do.Alex.de imo.p̄ceptor meus in.d.l.ſciēdū.ergo for-
tius in decreto qd̄ interponit̄ in modo cōtentioſe iuriſditionis
q2 cū maiori ſolēnitate interponitur ⁊ ita de vno ad alium ar-

a ¶Diſpoſitio l. a diuo pio §.ſi ſuper reb. ff.de re iud.hȝ locum in ſcdo decreto et eſt cōis opi.

b ¶Ingrediēs poſſeſſiōem alterius virtute decreti inualidi nō excuſat̄ a pena. l. meminerint nec etiam a penis ſtatutis.

guit Bal.in caſu noſtro in repe.l.ij.§.fi.in vlti.q.ff.ſi ex noxa.cā
agat̄.allegat gl.in.l.j.C.de fide inſtru.⁊ iure aſte fiſ.lib. x. ⁊ hoc
maxime q2 ſolēnitas citationis ⁊ alie ſolēnitates req̄ſite ſunt in
ſecundo decreto enunciate quo caſu indubitāter vident̄ tenere
18 doc.qd̄† ꝓ ſolēnitate enūciata p̄ſumant̄ vt voluit Bal. in.l.j.ff.
de re.eoꝝ.⁊ ita tenuit glo.in.d.l.j.quā Ang.dicit no.in.l. pupil
lus.ff.qui.mod.pig.vel hypo.ſol.⁊ tȝ Bal.in.c.j.§.ſi inſtr̄m de
notis feu.do.Ant.⁊ do.Car.in.c.ea noſcit̄.de his que fiūt a pre
la.ſine cōſenſu ca.⁊ Bal.ex his.C.de teſta.mil.⁊ Lappus alleg.
lxxviij.⁊ do.Abb.in.c.qd̄ aūt de iure pa.⁊ in.c.albericus. extra
de teſti.⁊ in hoc nō reperio ꝯdicentes.ſed in caſu noſtro enun-
ciat̄ ſolēnitas citatiōis dicti ſer Bertini.igit̄ preſumi dȝ qd̄ fue
rit legitime citatus.¶Ex premiſſis concludit̄ qd̄ reſpectu di-
cti ſer Bertini decretū p̄ſumit̄ interpoſitū ſolēniter eo legitime
citato.qua cōcluſiōe ſuppoſita quā nō negāt aduocati ⁊ cōſulē
tes in fauorem Thome vȝ mihi qd̄ cōſulētes in hac materia pa
ralogizēt.nā iudicio meo tres ſunt caſus valde diuerſi. ¶Pri
19 mus caſus eſt† qñ ego peto me mitti in poſſeſſionē alicuius rei
poſſeſſe per titiū eo non citato ⁊ ſic ꝯ titiū eo nō citato.⁊ iſto ca
ſu decretū iudicis ſeu autoritas nihil operat̄ immo ingrediēs
incidit in penā.l.meminerint.C.vñ vi.vbi ita tenēt doc.⁊ ita lo
quit̄.l.fi.C.ſi ꝑ vim vel alio mō.ita etiā loquit̄ Bart.⁊ oēs in. l.
iuſte poſſidet.ff.de acq.poſ.qñ ponūt q̄ōnem.an ille q̄ ingredit̄
poſſeſſionem virtute decreti inualidi excuſet̄ a pena iuris cōis
vel ſtatutoꝝ.⁊ hoc caſu verū eſt dicere decretū eſſe nullū ⁊ inua
lidū ex defectu citationis.⁊ iſto caſu loquit̄ etiā gl.in.d.l.ſi q̄s
in tantā.in tertia parte.dū loq̄tur ex tp̄e q̄ prima.⁊ Bal.in di-
cta diſputatione accuſatus.de vi turbatiua.⁊ hic nō eſt caſus
noſter.q2 nō fuit miſſus in poſſeſſionē virtute decreti bonorum
Thome ⁊ fratrū nec cōtra eos decretū interpoſitū fuit eis non
citatis ſȝ interpoſitū fuit vt fieret miſſio ⁊ adiudicatio bonoꝝ
ſer Bertini citati.¶Scōs caſus eſt qñ miſſio in poſſeſſionē fit
in iudicio qd̄ nō dirigit̄ ꝯ certū aduerſariū vt in terminis.l.edi
cto.C.de edi.diui.adria.tol.⁊ in.c.fi.de ele.lib.vj. ⁊ tūc dici pōt
20 †qd̄ ſi alius eſt in poſſeſſione dȝ citari.⁊ tenet̄ qui petit ſe mitti
in poſſeſſionē ꝑquirere poſſeſſorē nec ſufficeret citare vnū ſi ali9
poſſideret al's diceret̄ adeptus poſſeſſionē ꝑ.d.l.meminerint. ⁊
hoc caſu loquit̄ Bar.in.d.l.edicto.⁊ ſequit̄ ibi Bal.in.ij.col. ⁊
in.iiij.q.⁊ Bar.in.l.iij.§.ſi cā cognita.de bonorū poſ.⁊ Cy.in.l.
j.C.qui admit.⁊ Bar.in ſuo cōſi.qd̄ incipit.in q̄ōne vertente in
curia dñi capitanei ⁊c.⁊ ita loquunt̄ Pe.de anch.⁊ Dñicus in
c.fi.de elec.lib.vj.⁊ ita etiā loquit̄ Bar.in dicto cōſilio qd̄ inci-
pit miſſus in poſſeſſionē vigore.l.edicto ⁊c.punit̄ enim tunc ne
gligētia in inueſtigādo poſſeſſionē ⁊ citādo ꝑ illū tex.in.d.l.me-
minerint.⁊ iſto caſu etiā dici pōt decretum nullū ⁊ iniuſtū ſim
21 pliciter.⁊ hic nō eſt caſus nr̄† in quo immiſſus ītētauit iudiciū
cōtra certū aduerſariū cōtra quē interpoſitū fuit decretū facta
immiſſio tāq̄ in bonis ſuis.¶Tertius ⁊ vltimus caſus eſt qñ
iudicium dirigitur contra certū aduerſarium tanq̄ ſuū debito
rem.⁊ eo citato ꝓ executione ſnīe vel inſtr̄o conceditur tenuta
bonoꝝ aduerſarij citati.⁊ nūcius refert ſe miſiſſe in poſſeſſionē
alicuius rei poſſeſſe per aduerſarium ſuper illa tanq̄ pertinēte
ad aduerſariū citatū ⁊ per eū poſſeſſa interpoſitū fuit primū
decretum ⁊ poſtea ſcōm que tñ res poſſidebat̄ ⁊ pertinebat ad
tertium non citatū.⁊ hic eſt caſus noſter quo caſu cū reuerētia
dicentium ꝯrium Pe.de Anch.in dicto ſuo cōſilio dico qd̄ de-
cretū lȝ iniuſtū nō eſt nullū q2 ex quo eſt iuſtū ex parte petentis.
q2 vere erat creditor lȝ ſit iniuſtū ex parte rei ſuper qua facta eſt
miſſio ⁊ reſpectu poſſeſſoris qui nō fuit citatus ſed putatiuus
poſſeſſor.verum tñ eſt qd̄ poſſeſſor poterat poſt primum decre-
tū cōparere ⁊ impedire ſcōm de cuius ꝯdictiōe ſummarie erat
cognoſcendum.ſed poſt ſcōm non poterat irritare niſi ordina-
rie agendo.Primum ꝓbat̄ in.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus. ff.
de re.iu.Scōm in eadē.l.in.§.ſi poſt aditā.Iſta ſunt dicta bar.
in loco notiſſimo ⁊ cōiter approbato in. d'. l. iuſte poſſidet. in
j.col.ff.de acquir.poſ.contra quem conſuluit Pet.de ancha. ⁊
male q2 ſunt caſus legum in.d.§.ſi ſuper rebus.⁊.§. ſi poſt adi-
tam.que iura incōuincibiliter hoc probāt qd̄ ſic deduco.q2 aut
volumus qd̄ in illis iuribus in executione ⁊ miſſione in poſſeſ-
ſionē citatus fuerit tertius poſſeſſor qd̄ qui poſtea venit ad cō-
22 tradicendū.⁊ tunc eius contraditio non admitteretur q2† ſnīa
primi ⁊ ſcōi decreti ſibi tertio citato preiudicaret vt voluit gl.
in.l.cū miles.ff.ex quibus cauſis ma.⁊ per Bar.in.l.cum filius.
in prin.ff.de ver.obli.⁊ fuit doctrina Cy.in.l.j.C.de aduoca. di-
uer.iudi.⁊ tenet Bal.in.l.ij.C.cōi diuidun.⁊ tenent Canoniſte
in.c.cum ſup.de re iudi.Quinimmo in terminis noſtris forti9
voluit do.Abbas moder.in.d.c.qm̄ frequenter.§.fi.in.xvj. col.
qd̄ ſola ſcientia tertij qui poſſidet ciuiliter ⁊ naturaliter nocet
ſibi per ea que ponit Inno.in.c.cum ſuper.extra de re iudi.⁊ in
terminis quādo eſt citatus tȝ Bal.in.d.l.ob maritorum.C. ne

vxor pro

vxoꝛ pro marito.cuius cõtrariũ volunt illa iura.qȯ non p̄iudi
cant tertio comparenti qui postea admittiṫ vt dixi.igiṫ non lo
quunṫ de tertio possessoꝛe citato.Aut volum⁹ dicere qȯ loquã
tur de terrio possessoꝛe nõ citato ⁊ tunc habeo obtentũ.nam in
illis iuribus missio in possessionẽ non est nulla sed iusta ex par
te creditoꝛis.iniusta tñ ex parte rei in quam fit missio quo casu
decretum nõ est nullum vt dicit Bar.in.d.l.iuste possidet.vnde
cũ reuerentia consulẽtium nõ põt dici qȯ decretum sit nullum
per illã.l.meminerint.⁊.d.l.fi.C.si ꝑ vim vel alio modo. ¶Qȯ
etiam cõfirmo rõne cõcludenti.nam si tale decretum esset nullũ
tanq̄ non rite neqȝ iuste interpositũ ⁊ sic incidisset in penam. l.
meminerint.dicant mihi qũo talis titulus decreti preberet iu
stam cãm prescribendi interuenientib⁹ alijs ad prescriptionem
requisitis cũ acquisitio esset viciosa ⁊ punibilis certe dicendũ es
set qȯ non ⁊ tñ tex.cũ gl.in.d.§.si sup rebus.vult qȯ causeṫ iusta
cã prescribendi ⁊ ita ibi omnes tenent ⁊ pro his facit qȯ dicit
Bal.in.d.l.ob maritoꝛum.vbi vult qȯ tũc executio sit nulla qñ
tertius citatus comparet ⁊ protestaṫ qȯ ad talẽ executionẽ nõ
procedatur vt ibi per eum.⁊ rõ predictoꝛũ est qꝛ ex quo decre
tum interponiṫ contra vnũ puta titium super re tanq̄ possessa
⁊ pertinente ad titiũ ꝓut nũcius retulit cui in dubio staṫ vt cõ
cludiṫ in.d.§.si sup rebus.⁊ in.l.ob maritoꝛum.C. ne vxoꝛ pro
23 marito † per tale decretũ iudex non intendit p̄iudicare tertio
possessoꝛi nec eũ possessione priuare vt cõcludit Inno. quẽ oẽs
sequunṫ in.c.qm̄ frequenter.in fine.extra de lite nõ cõtestata. ⁊
Bar.⁊ cõiter alij in.l.ij.C.vbi in rem actio.igiṫ ad tale decretũ
nõ erat titius citandus cum preiudiciũ non inferretur neqȝ iu
dex intendebat inferre per ea q̄ no.gl.valde nota.in.l.j.§.pe.ff.
de ven.inspici.⁊ no.Bar.in.l.diem.ff.de aqua plu.arcẽ.⁊ Bal.
in.l.ab eo.in vlti.col.C.quomodo ⁊ quando iudex.⁊ hoc intelli
go q̄tum ad effectum vt sententia decreti valeat:ȝ quãtum ad
effectum vt preiudicet illi tertio requiratur citatio iuxta no. ꝑ
gl.in.d.l.cũ miles.⁊ ꝑ docto.locis supra p̄allegatis.⁊ ideo vo
luit Ange.in.d.§.si post aditam.qȯ in istis potest tantũ venire
tertius possessoꝛ verus non citatus ante adiudicationẽ ad im
pediendũ petendo qȯ summarie cognoscaṫ:sed post adiudica
tionẽ iure oꝛdinario experiri dȝ ꝑ dictũ.§.si sup reb⁹.⁊.§.si post
aditam.non autem poterit ꝓpria autoꝛitate ingredi ꝑ illa iu
ra licet possideat ciuiliter ꝓpter iudicis autoꝛitatem.⁊ ita di
cit limitari tex.ĩ.l.clã possidere.§.q ad nũdinas.ff.de acq. pos.
quam tamen improbant in hoc vltimo Imo.⁊ Moder.in.l. si
post aditã qꝛ ibi tex.nõ negat qȯ si adhuc ciuilẽ retinet nõ pos
sit propria autoꝛitate ingredi sed tantũ qȯ volens de iure suo
experiri adeat iudicem vt ibi.item si vera esset opi.Ang.nimis
magnum preiudiciũ inferreṫ tertio non citato contra.l.de vno
quoqȝ.ff.de re iudi.⁊ sic ĩ casu isto nullus dicit decretũ nullũ.ȝ
quid non preiudicat possessoꝛi.vnde cum tex.cum glo.in.d.§.si
super rebus velit qȯ prebeat causam prescribendi intelligi de
bet sȝ quando iam ille tertius sua negligẽtia possessionem ci
uilem admisit iuxta no.in.l.iij.§.ex contrario.per Bar.⁊ alios
ff.de acqui.pos.⁊ per Dy.in regula sine possessione.de reg.iur.
in.vj.⁊ per gl.⁊ doctoꝛes in.l.j.C.de ser.fugi.Ex quibus omni
bus concludo indubitanter qȯ dictum petiũ terre dicitur per
uenisse sine vicio ad manus domini Gregoꝛij qui ⁊ si non ciuilẽ
tũc possessionẽ adeptus fuerit sed tantum naturalem.vt in. d.
24 §.q ad nundinas † tamen ex negligẽtia longi tẽpoꝛis Thome
⁊ fratrum adeptus fuit etiam ciuilem per no.in.d.§.qui ad nũ
dinas.⁊ in.c.olim el.j.extra de resti.spo. ⁊ in terminis nostris
hoc tenet do.Abbas in.d.§.frequenter.in fi.⁊ sic dictus Phi
lippus possidendo reperitur in possessione ciuili ⁊ naturali si
ne aliquo vicio cum sit sufficiens ad p̄scriptionem per dictum
§.si super rebus.cum glo.communiter approbata.Que etiã cõ
firmantur ex alio.Nam multi testes vltimo loco examinati di
cunt qȯ ser Bertinus ⁊ fratres possederunt.⁊ qȯ postea domi
nus Gregoꝛius accepit dictũ petiũ terre a dicto ser Bertino ⁊
fratribus.⁊ sic testes probant vel qȯ traditum fuit a ser Berti
no ⁊ fratribus vel qȯ dominus Gregoꝛius adeptus fuit ipsius
scientibus ⁊ patientibus quo casu tradidisse videntur vt est ca
sus.⁊ ibi no.in.l.ij.C.de acqui.pos.ȝ enim quando dicimus qȯ
talis aliquid accepit absolute intelligaṫ in dubio secus in ver
bo recepit prout concludunt notabiliter Hosti.⁊ Jo.an. per il
lum tex.in.c.venerabilem.extra de electio.Tamen quando di
cimus qȯ titius accepit rẽ a sempronio ⁊ ille sempronius erat
dominus ⁊ possessoꝛ non potest aliter intelligi nisi eo tradente
per id qȯ habetur in.l.iij.§.si titie.⁊ ibi Bar.ff.de adi.leg. ⁊ est
bonus tex.⁊ ibi Bar.in.l.naturalis.§.⁊ si quidem.ff.de prescri.
verbis.⁊ est tex.⁊ ibi Bal.clare in.l.fi.C.de sponsa.debẽt enim
25 † verba testis intelligi prout sonant in factum iuxta glo.not.et
ibi late per doctoꝛes in.l.stipulatio ista.§.hoc quoqȝ.ff.de verb.
oblig.⁊ traditur in.l.testium.C.de testibus.⁊ sic ex dictis dicto
rum testiũ probatur qȯ ser Bertinus ⁊ fratres tradiderunt di
26 ctum petiũ terre domino Gregoꝛio † que quidẽ traditio presu
mitur facta ex ꝓcedẽti causa dicti debiti.l.quedam mulier.ff.
de rei vendi.⁊ ibi per Ang.⁊ per Bar.in.l.cum solũ. ff. de vsu
capio.vnde dicitur dicebaṫ esse in possessione ⁊ habuisse dictuȝ
dominum Gregoꝛiũ vltra decretum ex traditione dictoꝛuȝ ser
Bertini ⁊ fratrum. ¶Nec obstat qȯ scdo loco dicebaṫ qȯ non
fuit seruatus oꝛdo dicti.§.in venditione.qꝛ ad hoc dupliciter
respondetur qȯ in iudicando non putarem recedẽdum ab opi
nione Bar.in.d.l.a diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.quã
sequiṫ Bal.in.l.ab executione.C.quoꝛum appel.non recipi.⁊ in
auṫ.sed hodie.in.ij.col.C.de actio.⁊ obliga.qui volunt qȯ licet
oꝛdo non fuerit seruatus decretum non sit nullum.sed opus sit
appellatione.Idem tenent domi.An. ⁊ do.Anto.in.d.c.quo
niam frequenter in fin.et domi. Abb.in.c. qȯ ad consultatio
nem de re iudi.vnde cum luminaria vtriusqȝ iuris hoc teneant
cum tot procuratoꝛibus periculosum esse arbitrarer si quis in
iudicando ab eoꝛum sentẽtia discederet. ¶Preterea domini
consulentes etiam decipiuntur in hoc. nã dñs Gregoꝛius ha
bebat bona ser Bertini obligata contra quem petiji instrumẽ
tum mãdari execu.cõtra personã ⁊ eius bona.⁊ petijt executio
27 nem nõ solum in personali sed etiam in hypothecaria. † sed in
a hypothecaria non hȝ locũ[a] dispositio.d.§.in venditione. ita te
nuerunt oẽs antiqui quos refert ⁊ sequitur Cy.⁊ post eum late a
Bar.de saly.in.l.nomẽ.§.que res pig.oblig.pos.⁊ ita etiam tȝ
Bart.⁊ sequunṫ Moder.in.l.si conuenerit la.j.in princi. ff. de
pig.act.vnde superuacua fuit disputatio nunquid ex oꝛdine di
cti.§.in venditione nõ seruato redderetur nullum. ¶Ex qui
bus omnibus concludo quod dictũ petium terre prouenit ad
manus do.Gregoꝛij sine vicio ex qua cõclusione infertur clara
decisio qȯ sicut dict⁹ ser Bertinus poterat retinere dictũ petiũ
terre tanq̄ sibi hypothecatũ pro dotibus maternis vt no.in.d.
l.fi.C.cõmoda.⁊ in.l.j.C.etiam ob cyrographariã pecuniam. ⁊
in.l.pe.C.vbi Bal.C.de pigno.act.cum vulgaribus ita virtute
eiusdẽ obligationis põt Philippus creditoꝛ ser Bertini qui
eius bona habebat obligata. ⁊ cui fuit dictum petiũ terre ad
28 iudicatum illum retinere † qm̄ quicquid dicatur in iure agẽdi
ius retẽtionis trãsit in singularẽ vt habeṫ in.l.j.ff.qui.mo. pig.
vel hypo.solui.⁊ in.l.cũ pretoꝛ.ff.de distra.pig. ⁊ consuluit do.
Pau.in consi.ccclxj.incipiẽ.visis actis ⁊ actitatis ⁊c.⁊ probaṫ
in.l.in hoc iudicium.§.j.ff.cõi diuidũ.⁊ in.l.si a te.§. iulia. ⁊ in
l.si mater.§.idem iulianus.ff.de excep.rei iudi.⁊ ita per ista iu
ra tȝ Bar.in.l.si tertius.§.si prius.ff.de aqua plu.arcen. ⁊ pro
batur in.l.iij.⁊ ibi Bal.C.qȯ metus causa. ¶Preterea miran
dum est qȯ quidam ex consulentibus in fauoꝛem dicti Thome
dicũt qȯ dominus Gregoꝛius fuit singularis successoꝛ ser Ber
tini per scdm decretum interpositum pro debito cyrographa
rio.⁊ consequenter non poterit transire ius agendi hypotheca
ria.l.in creditoꝛe.ff.de euictio.⁊ per Bart.in.l.iij.qȯ metus cã
⁊ tradit Pau.de cast.in cõsilio supra allegato. ¶Quinimmo
dubitant de iure retentis sed pro certo nõ viderunt scripturas
qꝛ ego reperio qȯ pro debito pro quo ser Bertinus fuit conuẽ
tus obligauit se per publicum instrm̄ cum obligatione omniũ
bonoꝛum cuius instri vigoꝛe contra personã ⁊ bona fuit petita
executio ⁊ fuit demũ res iudicata per primum ⁊ scdm decretũ.
vnde non est verum qȯ Gregoꝛius esset creditoꝛ cyrographa
rius sed habebat hypothecatam bonoꝝ dicti ser Bertini ⁊ ser
Bertino erat sibi pro tribus quartis dotium maternarum oĩa
29 bona patris sui hypothecata vt dictum est adeo qȯ † licet obli
gatio personalis patris diuideretur inter heredes.tñ hypothe
caria non erat diuisa sed insolidũ competebat contra quãlibet
rem hereditariã donec sibi insolidũ satisfieret.casus est clarus
in.l.j.⁊.ij.C.si vnus ex pluribus bene facit tex.in.l. quãdiu. C.
de distra.pig.⁊ cõsequenter dñs Gregoꝛius habebat hypothe
catũ hoc nomen ⁊ hãc actionem etiam hypothecariã ser Ber
tini quã habebat contra bona patris sui quo casu dicere possu
mus qȯ dominus Gregoꝛius etiam contra heredes patris sine
alia cessione habebat vtilẽ hypothecariã.prout tenet gl.in. d.
l.nomen.⁊ glo.in.l.grege.§.cum pignoꝛi. ff. de pigno. ⁊ glo.
in.l.ex nominis.C.de here.vel act.vendi.⁊ ȝ Rofre. Ray. Cy.
Bar.⁊ cõiter doc.impugnẽt illam glo.in.d.l. nomen.qꝛ hypo
thecaria competit ad rem obligatã ⁊ illa est nomen debitoꝛis
non aũt res vel pecunia debita qȯ nomen est res incoꝛpoꝛalis.
hypothecaria autem aduocat possessionem.l.si cum vẽditoꝛ. in
prin.ff.de euictio.que non cadit in ominibus vt in.l.fi.ff.quoꝝ
bonoꝛum.Tamen aduertendũ est qȯ dicte glo.possunt saluari
nec.d.opi.cõtradicit in casu nostro loquuntur enim doctoꝛes
30 † qñ debitoꝛ meus cui⁹ habeo bona hypothecata hȝ nomẽ de
bitoꝛis quo casu directa personalis sibi daṫ ⁊ mihi vtilis non
vtilis hypothecaria sed qñ debitoꝛ meus hȝ nomen debitoꝛis

a ¶Dispositio §.in venditione non hȝ locum in hypothecaria.

cum hypotheca sicut transit vtilis personalis vt in.d.l.nomen.
ita vtilis hypothecaria q̄ cōpetit debitori.ita declarat notabi-
liter ⁊ vere Bar.in.d.l.nomē.Nec ꝯdicunt vt dixi doctores re-
probantes gl.q2 verū est qd gl.relata ad tex.quando nomē erat
solum obligatū debitoris cuius bona non erāt obligata cōpe-
tit tm̄ vtilis ꝑsonalis.tunc nō diceret verū.⁊ ita loquunt̄ docto
res reprobantes.sed qn̄ nomen erat cū hypotheca tūc creditor
illius creditoris non pōt vti ꝓpria hypothecaria quo casu loq
possunt doctores sed bene vtili hypothecaria que cōpetit debi-
tori suo.⁊ ita etiam declarat.d.Pau.de ca.in.d.l.si conuenerit
in prin.ff.de pig.act.allegādo tex.vbi est casus in.l.si creditore.
C.de act.⁊ obli.ꝑ quem dicunt doc.qd qn̄ transit actio ꝑsonalis
sine cessione.vt in.d.l.nomen.igitur ⁊ hypothecaria.hn̄ facit.l.
fi.C.si res pig.obli.pos.Sic ergo patet qd dictus dominus Gre
gorius ⁊ sic hodie Philippus si non esset satisfactum posset
agere vti hypothecaria contra Thomā ⁊ fratres q̄ directa cō-
petebat dicto ser Bertino igit̄ succedit regula qd si sibi darem⁹
actionem multomagis exceptionem dare debemus vt in.l.inui
tus.§.cui damus.ff.de reg.iur.⁊ in.c.qui ad agendum.extra de
regu.iur.cum materia.¶ Nec obstat qd dicit̄ qd non probatur
dictū petium terre fuisse in bonis dicti ser Pauli.⁊ sic non po
tuit esse hypothecatum dicto ser Bertino iuxta not.per Bart.
in.l.rem alienam.ff.de pigno.act.qm̄ ad hoc respōdet̄ qd posses
sio ꝓbatur ꝑ testes dicti ser Pauli.Itē ex positis Philippi in
scda causa confessatis ꝑ Thomā probat̄ qd est dictū petium ex
xxx.tornatis quas possidebat dict⁹ dominus Gregorius iuxta
viā publicā ⁊ Blasiū ⁊ dictū ser Paulū qd petium ex.xxx.tor-
natis reperit̄ postea venditum dicto ser Paulo ⁊ Blasio eius
fratri prout pꝫ per publicū instr̄m cum in instr̄o vēditionis cō
tineat̄ eadē quātitas ⁊ verificent̄ duo cōfines positi iuxta no.ꝑ
gl.in.l.forma.ff.de censi.⁊ ꝑ Bar.in.l.demōstratio falsa.ff.de cō
di.⁊ demon.⁊ sic cum probetur titulus ⁊ possessio ser pauli ꝓ-
batur fuisse in bonis ser Pauli.vt cōcludit Bar.⁊ sequuntur
doc.in.d.l.rem alienam.ff.de pig.actio.¶ Ex qbus oībus con-
cludo qd circūscriptis dictis sententijs dicto Philippo liceret
retinere dictū petiū terre tanq̄ obligatū pro restitutione dotis
materne dicti ser Bertini rationib⁹ de quib⁹ supradictum est.
Ex qua cōclusione dico qd illustris.do.Fauētie potest si vult vti
plenitudine potestatis vel dictas sn̄ias retractare vel cognitio-
51 nem iterum cōmittere † ⁊ si dicatur inferior a principe vti non
potest plenitudine potestatis.ita dicit Ang.⁊ sequunt̄ Mod.
in.l.nemo potest.ff.de leg.j.⁊ Bal.in.l.rescripta.C.de p̄cib.im-
pera.offe.⁊ Jo.an.in.c.fi.de offi.archi.⁊ in.c.fi.de appel.lib.vj.
⁊ in addi.spe.in rub.de elec.⁊ videtur esse cōis conclusio docto
rū quos ad plenum recitat do.Alex.in.d.l.nemo potest.Respō
deo qd mihi non est nota.autoritas p̄fati illustris.domini.Ad-
do tamē qd Pau.de ca.in suo cōsi.ccxxv.incip.ad primum ⁊c.
52 vbi loquēs de duce Mediolani cōcludit † qd illi qui perpetuo
cōstituunt̄ dn̄i vt sunt reges duces ⁊ comites ⁊ similes possunt
plenitudine potestatis legitimare ⁊ rem alterius auferre cum
causa qd tamē non habeo pro expedito per ea que ponit Pet.
de anc.in suo cōsi.cccxxvij.incipi.visis diligēter ⁊c.⁊ dn̄s Abb.
consi.lxj.incipi.saluatoris ⁊c.vbi loquit̄ de dominis Arimini
⁊ terrarum Marchie.verum tm̄ est qd habet talem potestatem
si hoc exprimeretur in preuilegio.prout dicit Pau.de castr.in
d.consi.⁊ Ang.consi.ccxiiij.incipi.in cā accusationis ⁊c.⁊ Lu.
roma.cōsi.lix.incipi.ad discutiendum ⁊c.quā etiam habet si lō
gissimo tempore prescripsisset cuius in ꝯtriū memoria non exi-
steret iuxta no.per Bar.in.l.hostes.ff.de capti.⁊ per Imo.in.l.
infamē.ff.de iudi.⁊ per Jo.an.in addi.Spec.in tit.de instruc.
edic.§.porro.in addi.que incipit hec subscriptio ⁊c.⁊ per Ca-
nonistas in.c.per venerabilem.extra qui filij sint legi.Sed quia
quā potestatem habeat prefatus illustrissimus do.ignoro vlte-
rius non insisto.sed ex oībus p̄missis p̄fato illustris.dn̄o facio
infrascriptas cōclusiones.¶ Prima cōclusio est qd si prefatus
dn̄s non pōt vti plenitudine ptātis nō pōt dictas sn̄ias retra-
ctare nec cognitionē per viam appellationis vel supplicatiōis
iterū cōmittere sed deberet sn̄ias executioni mandare.¶ Scda
conclusio posito qd posset vti plenitudine ptātis.si ea non vult
vti sed tm̄ sua ordinaria ptāte dictas sn̄ias executioni mandare
deberet.¶ Tertia cōclusio si pōt ⁊ vult vti plenitudine ptātis
pōt dictas sn̄ias retractare ⁊ cognitionē earū iterū cōmittere.
¶ Quarta cōclusio si querit̄ iudiciū meū arbitror dicto Phi-
lippo retentionē cōpetere ꝓut iudicarūt iudices de cōsilio pre
fati illustrissimi dn̄i quos arbitror iuste iudicasse ⁊c.⁊ h̄ sunt q̄
sentio in p̄senti cā que tm̄ subijcio iudicio cuiuslibet melius sen
tientis quoniam vnusquisqꝫ abundat in sensu suo et q2 quot
capita tot sn̄ie vt inqt torquatus falli possumus.dixi tm̄ qd iuri
Ita arguit gl.cōiter approbata in.d.l.de diuisione.⁊ tñ habeo
qd̄ pēdente dilatione ad soluēdū dotē dicta mora nō cōtrahit
neqʒ possunt peti alimēta a marito qui vxorē duxit.vt declarat
Jo.de imo.in.l. insulā.§.vsuras.ff.so.ma.⁊ Pau.de ca.in suo
ꝯsi.cxxiij.⁊ hoc tenēt do.Ant.⁊ alij in.d.c.salubriter.ex̄ de vsu

a ¶Sādinꝰ doctor magne scientie.

b ¶Tractatus de ꝑcussiōibꝰ nō est bartoli.

ris.igit̄ idē ꝯcludendū est in casu nostro.¶ Ex qua ꝯclusione
infero vnū correlariū qđ dicta quātitas affictꝰ nō censet̄ ꝓmis
sa pendēte dilatione lꝫ fuerit ꝓmissa singulis annis donec ꝑ
cium solueret̄:qm̄ intelligi potest.s.post morā ⁊ in casu permis
so ⁊ nō in casu ꝓhibito.ar.l.merito.ff.pro socio.⁊ eius qđ no.
Bar.in.l.gerit.ff.de ac.here.⁊ h̄ in specie decidit Jo.de Jmo.
⁊ ibi sequutus fui in.l.insulam.§.vsuras.ff.so.ma.vt actus po
tius valeat q̄ pereat.l.quotiēs.ff.de reg.iu.⁊ qꝛ in generali loca
tione nō veniūt prohibita.vt ꝑ Bar.in.l.codicillis.§.instituto
ff.de le.scđo.¶ Tertia cōclusio sit qđ dictus affictus certꝰ ⁊ de
terminatus ꝓut promissus est peti nō pōt ꝓ aliquo tp̄e: qꝛ d̄r
cōtinere vsurariā prauitatē talis ꝓmissio. Jsta cōclusio ꝓbat̄.
nā lꝫ rōne retardate solutionis ꝓpter morā interesse recōpen
satiuū peti possit:tñ ratione retardate solutionis a pri.aliqd
promitti non pōt ꝑꝑ nō solutā pecuniā ꝓut factū fuit in casu
nostro. Jsta cōclusio probat̄. Nā lꝫ ille q solitus est negociari cū
pecunia ꝓpter lucra debitore existēte in mora petere possit in-
teresse lucri cessantis.vt habet̄ in.l.j.§.fi.ff.de eo qđ certo loco.
tñ nō pōt a prin.cōuenire de certo interesse rōne retardate so-
lutionis:vt cōcludunt Jnn.Jo.an.Calde.do.Ant.⁊ do.Abb.
in.c.fi.extra de vsuris.igit̄ nō vꝫ ꝯsequentia rōne more peti pōt
interesse.ergo de tali possunt partes a prin.cōuenire.¶ Con-
firmat̄ ⁊ scđo ista cōclusio. Nā lꝫ maritus possit rōne retardate
solutionis dotis ꝓpter morā regularē petere aliqd pro alimē-
tis iusta no.per gl.⁊ doc.in.d.l.de diuisione.⁊ ꝑ canonistas in
c.salubriter .ex̄ de vsuris .tñ maritus a prin.cōuenire nō potest
1 † q̄ rōne retardate solutionis habito respectu ad quātitatē sor
tis debite ꝓ rata sortis debeatur aliqd singulis ānis ꝓut fuit
in casu nostro;qꝛ tunc talis affictus accedit pecunie promisse
qđ esse non debet iusta no.per Joā.an.in regula peccatum de
reg.iur.in.vj.⁊ hanc qōnem decidit in terminis Jo.and .in.c.
salubriter.de vsuris.cuius opi. tanq̄ tutiorem sequuntur do.
Anto.⁊ do.Cardi.⁊ respondet̄ ad illū text.illā etiam sequitur
do.Abb.in nō solito negociari.⁊ lꝫ Jo.calde.ꝯriū ibi tenuerit
Bal.in.l.fi.s̄.ꝑterea.C.de iure doti.⁊ Bal.in rub.C.de vsuris.
Saly.ī aut̄.ad hec.C.de vsuris.⁊ Jmo.⁊ roma.ī.d.§.vsuras.tñ
opi.Jo.an.tanq̄ tutiorē sequendam esse dicit do.Laurentius
de Rodulfis.in suo tractatu vsurarum.q.liij.qꝛ vbi agitur de
periculo anime tutior pars est eligenda.c.iuuenis. de sponsa-
libus.⁊ hanc sequutus sum in.d.§.vsuras.Nam canoniste qui
bus magis in his credendum est cōiter hoc tenent:licet pleri-
q̄ȝ ponant casum qñ fuit data dilatio ad soluendum tamen rō
qđ nō pōt deduci in pactū qđ sine pacto peti poterat militat
ēt nulla data dilatio.sed in casu nostro videt̄ data dilatio ⁊ fa
ctum pactum qđ donec affictus solueret̄ non possit peti p̄ciuꝫ
ex quo finito biennio recipiebat affictum arg .l.q in futurum
ff.de pactis.⁊ in.§.nō male.ff.de doli. excep. ⁊ lꝫ qñ apponun-
tur vsure cessante solutione non videretur data dilatio .iuxta
no.per Bar.in.l.qui rome.in prin.ff.de verbo. obliga. tamen
quando apponuntur ⁊ recipiuntur post tempus secus videt̄
per.d.§.non male.Quinimo ex quo receptio in futurum ope-
ratur pactū de non petēdo vt in.d.§.nō male.ita ꝓmissio in fu
turum idē opari dꝫ.l.fi.C.ad.l.fal.⁊ facit.glos.in.l.ij.C.de iure
emphy.Et hoc casu dico qđ debitor potest quādocunq̄ȝ solue-
re licet deberetur affictus:qꝛ tempus solutionis post bienniuꝫ
non est determinatum si tp̄s esset determinatū:qꝛ tunc qñ dat̄
dilatio cū solutione vsurarū nō pōt ante tp̄s solui.⁊ ita ꝓcedit
qđ dicit Bar.in.l.q rome.in prin.ff.de v̄.ob.¶ Cōfirmat̄ ista
2 conclusio.† Nam lꝫ sub noie interesse potuisset promitti tanq̄
recōpensatio:tñ sub nomine affictus talis promissio facta non
valuit:qꝛ lꝫ sub nomine alimētorū aliquid possit promitti. qꝛ
alimenta sunt licita ꝫm opi.Calde.Bal.⁊ imo. in locis statim
allegatis:tñ sub nomine vsurarum:qꝛ tales vsure sunt probibi
te non valet promissio.hanc conclusionē tꝫ Jo.de Jmo.quam
sequuntur.Moderni.in.d.§.vsuras.⁊ tenent cōiter Canoni
ste in.d.c.salubriter.Jta dicendū est in casu nostro.Nam trans
lato domino licet ratione more interesse peti possit. vt in. d. l.
curabit.tamen affictus certus nullo modo deberi post:qm̄ aut
volumus q̄ debeatur ex contractu locate rei: et hoc nō potest
dici cum locatio non teneat.d.l .qui rem.C .locati. ⁊ supra ple
ne est declaratum.Aut volumus dicere qđ debeatur ratiōe pe
cunie:quam retinuit ⁊ nō soluit emptor.⁊ tūc idē ꝯcludendū:
qꝛ pecunia nō est locabilis.⁊ sic si pecunia locat̄ est vsura: vt cō
cludit Arch.in.c.si fenerarijs.xiiij.q.iij.⁊ refert ⁊ sequit̄ prefa
tus.d.Laurē.in dicto tractatu.q.xxxiij.⁊ ad h̄ allegat dictum
suū.in.c.fi.de vsuris.vbi idem tꝫ .d.Car.floren .igit̄ nullo mō
potuit valere ꝓmissio ꝓ affictu pecunie nō solute prout facta
fuit in casu nr̄o.¶ Cōfirmo ēt hāc conclusinē alia rōne qm̄ ⁊ si
interesse rōne retardate solutiōis peti possit tñ nō valet ꝓmis
sio vniformis p̄stationis rōne retardate solutionis pecunie qꝛ
talis vniformis p̄statio arguit vsurā vt plene ꝓbat ⁊ cōcludit
Lu.ro.in suo cōsilio.dxx.incip .Circa p̄positam cōsultationem
due sunt difficultates.Et hoc maxime in casu nr̄o: tñ qꝛ pro-
missus est affictus ꝓ rata pecunie ⁊ sic accedit sorti.xiiij.q.iij.
per totū:tñ qꝛ nō pōt deberi vniformis prestatio sub noie in-
teresse in casu nostro:qꝛ cū debeat̄ interesse recōpensatiuū fru
ctuum vt tradit̄ in.d.c.conquestꝰ.tale interesse non est vnifor
me ex qbus cōcludit̄ q̄ nullo modo dicta quātitas affictus pe
5 ti pōt ⁊ maxime duabus vltimis rōnibꝰ.† ¶ Quarta cōclusio
sit ⁊ valde ꝓbabilis q̄ nullū iteresse peti possit rōne retardate
solutionis post bienniū:qꝛ talis contractus videt̄ gestꝰ in frau
dem vsurar̄. Jsta conclusio ꝓbat̄.nam cum venditor prius cō
fessus fuerit se precium percepisse non sub spe future numera
tionis cū tali exceptione renunciauerit q̄ renūciatio in instru
mentis consueta est apponi.igitur subintelligitur sub illis ver
bis renunciauit ⁊c.iuxta not.in.l.gallus.§.idem credendum.
ff.de lib.⁊ posthu.⁊ ad hoc est bonus tex.⁊ ibi Bal.in.l.fin.C.
de fideiussoribus.⁊ postea confessus fuerit se debitorē in certa
quantitate pro dicto precio incontinenti ex his cōtrarietati-
bus resultat presumptio fraudis vt in.c.vt nr̄m.vt ecclesiasti-
ca bñcia.⁊ sic qđ in fraudē vsurarū dicatur contractus initus.
¶ Preterea ex quo aliquid est ꝓmissum ꝓ pēsione post cōfes
sionē recepti dñij arguitur presumptio fraudis cū nō sit de na
tura cōtractus venditionis q̄ pensio debeat̄:⁊ sic censet̄ q̄ vo-
luerit ꝑcipere aliquid singulis annis pro mercede retarda-
te solutionis pecunie:⁊ sic pro ipsa pecunia ⁊ hac de causa pe-
cunia demisisse apud emptorem.quod etiam pꝫ:qꝛ exonerata
parte debiti noluit tantū percipere:Sed his rationibus non
pōt venditor neq̄ȝ sub ratione interesse neq̄ȝ sub rōne affictus
aliqd percipere.qꝛ quicquid accedit sorti vsura est in.c.ple-
riq̄ȝ.xiiij.q.iij.¶ Confirmatur hoc idem .Nam ex quo pro so-
lutione precij venditor debebat lucrū percipere fingit ius qđ
emptor pecuniam soluit.⁊ postea illam mutuauerit sicut in si-
mili.in capitulo in ciuitate.⁊ in capitulo nauiganti.ex̄ de vsu
ris in quibus dicunt magis cōiter doctores quod ꝓpter dila
tionem ad soluendo vēditor vendit rem cariori precio.videt̄
pecunia recipere ⁊ mutuo cōcedere.ita in casu nostro.si ergo
videt̄ pecunia mutuata.igit̄ pro illa nihil peti pōt.d.c.plerīq̄ȝ
⁊ ita in terminis decidit do.Abb.in suo ꝯsilio.v.incip.sem-
pronius quādā domū ⁊c.⁊ licet do. Abb loquatur de pensiōe
ꝓmissa tñ ex quo ipse vult qđ ꝓpter cōfessionē precij recepti ⁊
ꝓmissionē nō obstante cōfessione qđ ꝯctus iudicari dꝫ vsura
rius.qđ pecunia censet̄ mutuata pꝫ qđ nihil peti pōt pro iter
esse.⁊ maxime qꝛ dicit qđ tota pecunia pro pēsione soluta est ī
sortem computanda.⁊ sic nō vult qđ aliquid noie interesse pe
ti possit.⁊ per consequens decidit questionem nostraꝫ in diui
duo.¶ Cōfirmant̄ premissa.nam clausule instrumenti nō de-
bent censeri apposite sine effectu aliquid operādi.l.si qñ.ff . de
leg.j.tradit Bal.in proposito in rub.C.de cōtrahend.emp.q.
ix.sed ꝯfessio nō pōt dici q̄ ad aliū effectū emanauerit sequu-
ta promissione:nisi vt pecunia videret̄ soluta vēditori ⁊ demū
tradita emptori fictiōe breuis manus:iuxta not.in.l. singula-
ria.ff.si cer.pe.⁊ sic ꝓ annuo affictu cōcessa.⁊ pro hoc gl.no.in
l.ij.C.de dote cau.nō numera.vbi cōfessio hꝫ vim traditiōis.⁊
qđ operat̄ vera traditio opatur cōfessio de recepto. qua ergo
rōne non soluto p̄cio ⁊ post ea cōcessa dilatione emptori nihil
peti possit rōne more:nisi rōne interesse dāni emergētis vel lu
cri cessantis in mercatore.ita stāte fictus traditione ꝑ ꝯfessio-
nē ⁊ ꝓmissionē ꝓ qua videt̄ pecunia soluta ⁊ pro annuo affi-
ctu cōcessa ipsi emptori facit.l.lꝫ.ff.de iure dotium. cum simi.
¶ Cōfirmatur postremo premissa alia rōne. Nā quicqd dixe-
rit Bal.in plerisq̄ȝ locis:tamen dicit Joan.de imo.in.l.pe. §.
si vir.ff.solu.mat.qđ Bar.post Jacob.de are.subtilius ibi cō
siderauit volens q̄ qñ non obstante cōfessione sequitur ꝓmis
sio debiti confessati talis cōfessio facta censetur spe future ꝓ-
missionis non spe future numerationis qua promissione sub
sequuta vr̄ satisfactū dicte cōfessioni cū dicta ꝓmissio cedat
loco solutiōis respectu cōfessiōis precedētis.ar.l.inter causas.
§.abesse.s̄.manda.⁊ idē dicit Paul.de castr.⁊ sequutus fui:
ex quibus infero in ꝓposito qđ sublata est obligatio ex causa
venditionis ex qua interesse peti poterat ⁊ orta est noua obli
gatio ex noua promissione sub annuo affictu que est vsuraria
respectu ꝓmissionis affictus ex qua nō pōt peti aliqd qꝛ dice
retur simpliciter peti pro pecunia nouiter concessa ⁊ nō solu
ta qđ fieri nō potest.¶ Confirmat̄ ista conclusio qꝛ ex qua ra-
tione confessionis censet̄ preciū ficte solutū iuxta gl.in.d.l. ij.
debitū ex non venditione censet̄ extinctum ⁊ trāsfusum in no
uum debitum ex noua promissione sub annuo affictu vt col-
ligitur ex his que subtiliter ponit Bar.in.d.l.singulis. in.j.q.
sed vt dixi ex noua ꝓmissione rōne retardate solutionis non
pōt aliqd peti nisi ratione interesse damni emergentis vel lu-
cri cessantis in mercatore.Ex quibus pꝫ responsio ad vnum
4 quod potuisset in contrariū adduci scilicet † qđ talis cōfessio
propter sequutā promissionem videtur simulata ⁊ facta spe
future-

future pmissionis.arg.l.minor.xxv.annis.cui fideicom.ff.de mino.sm Bal.in.l.si absentis.ff.si cer.pe.⁊ in.l.j.C.ad velle.et in.l.publicatis.C.de dona.añ nup.⁊ in plerisq; aliis locis quos retuli in.d.l.pe.§.si vir referendo etiam Ange.consuluisse quoniā dicta opi.nō est vera q: videt poti⁹ facta spe future pmissionis vt dictum est per ea que notant Jaco.de are.Bar.imo.Paul.⁊ magis cōiter moderni.in.d.§.si vir.⁊ posito qd esset vera dico qd non pcedit in casu nr̄o in quo vltra cōfessionē ex pmissiōe apparet qd relinquit pecuniaz in manib⁹ debitoris ex alia cā put in casu nostro q: apparet qd relinquit eam vt pcipiat annuū affictum quo casu cōmutant in aliam cām. Nec dicitur cōfessio simulata.immo ad istum affictū facta per text.in.d.l.singularia.cum ibi nota.⁊ in.d.l.lz.§.j.⁊ ista sunt subtilia.⁊ cōcludunt iudicio meo lz in specie in terminis nostris nō reperiam declarata. ¶ Ex qua cōclusione infero vnum correlarium qd oīa que apparēt soluta computant in sortem ⁊ si quid vltra est solutū tanq̄ indebitū repeti pōt.ex quo indebite solutum apparet vt per totum.ff.⁊.C.de cōdi.indebi.⁊ in.c.fi.de solutio.⁊ maxime ex quo apparet qd aduersari⁹ simpliciter est debitor scriptus in libris ipsius emptoris.vñ cessat omnis difficultas que posset fieri ex nota.in.l.j.ff.de conditione indebi.

¶ Quinta ⁊ vltīa cōclusio sit qd posito qd interesse aliqd peti posset oēs pecunie in qbus venditor apparet debitor emptoris cedūt in solutum virtute compensationis que hoc casu fit ipso iure a lege sine obiectione hominis ad impediendum moram ⁊ cursum vsurarū.casus est in.l.si constat.⁊ ibi hoc tenent omnes.C.de cōpensatio.⁊ tenēt Nico.de mat.Bald.⁊ oēs in l.fi.C.eo.ti.⁊ in hoc nullus discrepat. ¶ Ex qua conclusione infero correlarium qd pro qua pte ⁊ pro eo tpe pro qbus vēditor apparet debitor fiendo est diminutio affictus sm cōsiderationes de quibus supra hoc probatur per pactum appositum in instrumento. Concordat ēt dispositio iuris cōis si nihil fuisset dictum vt est tex.⁊ ibi Bar.in.l.fi.de iure dotium.⁊ not.bart.in.l.iul.§.offerri.ff.de actio.emptio.⁊ Bald.in.l.si traditio.C.eod.ti.⁊ tenet dñs Abb.in dicto cōsi.lxvj.⁊ est bonus tex.in.l.cū vēderē.ff.locati. ¶ Ex qb⁹ oīb⁹ dñs iudicās ⁊ arbitri si corā eis questio discutietur potuerunt bene percipere quid p eos agendum sit. Laus deo ⁊c.

¶ Consilium.clxxx.

1 ☞ Filij an habeāt ius retinēdi dotē matris tutricis pro administratione.
2 Mater an possit capi pro administratione tutele.
3 Nomina debitorum resident in persona creditorum.
4 Dos est quid vniuersale.
5 Mater tutrix an possit petere alimenta.
6 Mulier post annum etiam data mora in restitutione dotis nō potest alimenra petere.
7 Statutū disponēs qd alimenta debeantur ad rationē quinq; pro centenario:an valeat.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spiritussanctus illuminet intellectum. Diligenter puncti narratione considerata duo tantum percipio dubia esse in presenti cōsultatiōe discutiēda. ¶ Primum an dicte matri nutrici dotem repetenti obstat exceptio non reddite administrationis. et propter hypothecam possit dos retineri donec ratio administrationis reddatur. ¶ Secūdum est nunquid considerata forma statutorum ⁊ dispositiōe iuris cōmunis dotis nō restitute alimēta petere possit. ¶ Circa primam difficultatem videbatur primo aspectu dicendum quod dicta dos retineri nō posset:quoniam ista videtur communis conclusio quod licet in actione de dote admittatur cōpēsatio de quātitate ad liquidā quātitatē nō tñ admittit retētio p tex.⁊ ibi plene no.in.l.vnica.§.taceat.C.de rei vxo.act.⁊ traditur in.l.diuortio.§.ob donationē.vbi per.gl.⁊ doc.ff.solu.matrimo.⁊ per doc.plene in.l.rei iudicate.§.j.ff.eod.ti.ergo videtur qd pp rōnem administrationis nō redditā qd dos nō possit retineri. Nam in multis conditio dotis priuilegiata est vt est casus ⁊ ibi nota.in.l.j.ff.soluto matrimonio. ¶ Sz his nō obstantibus ꝯriā opinionem existimo veriorem qd immo dicta dos potest retineri donec ratio administrationis tutele fuerit reddita.⁊ pro fundamēto pmitto qd inter alia ad que mater tenet que vult admitti ad tutelam filiorū mortuo viro est qd renūciet omni iuri ⁊ legū auxilio. Jtem qd obliget suas res vt est casus in aut.vt sine phibitiōe matris.§.q: vero.⁊ de obligatiōe bonoꝝ.est casus in.l.fi.C.qñ mulier tutele officio fūgi possit vnde prout cōis est practica ⁊ obseruantia ita debuit esse confectum instrumentum assumptionis tutele put de hypotheca bonorum est in puncto expressum. Concluditur ergo qd omnia bona ipsius mulieris erāt hypothecata pro administratione tutele. Nam etiā de iure nulla constituta hypotheca erāt hypothecata.vt est casus.in.l.pro officio.C.de administratione tutorum.sed dicet aliquis predicta possent procedere in aliis bonis mulieris non autem in dote quam videtur qd mulier nō possit alienare vel obligare.per tex.⁊ ibi notat.in aut.sine a me.C.ad velle.⁊ in.l.vnica.§.⁊ cum lis.C.de rei.vxo.act.et eius qd plene notat.in.l.j.in primo priuilegio secundi temporis.ff.solu.matrimo. Sed ad hoc respondeo quod magna esset restrictio iurium volentiū q obliget res suas prout dicit text.in.d.§.q: vero.qd astringeretur ad alia bona preter dotē: cum de ratissime cōtingentibus sit qd mulier aliquid habeat vltra dotem maxime cum quid lucratur cōstante matrimonio ex bonis mariti lucrari censeatur.l.quintus.ff.de donatio.inter virum ⁊ vxorem.⁊.l.etiam.C.eo.titu.lex autem intelligenda est ⁊ adaptanda ad ea que vt plurimum eueniunt.l.nam ad ea.ff.de legibus:⁊ q cum lex generaliter ⁊ indefinite loquat de obligatione rerum suarum ⁊ intelligi debet generaliter etiam de dote.l.j.§.⁊ generaliter.ff.de legatis prestandis.l.si pluribus.⁊ ibi Barto.ff.de lega.secundo.⁊ quod hoc sit verū induco etiā text.in.d.§.q: vero.vbi tex.vult quod mulier obliget res suas deinde in sequenti.§.dicitur qd non habet obstare quod sit creditrix dotis quominus ad tutelam admittatur.⁊ sic cum in alia parte tex.fiat mentio de dote mulierum cōstat qd sensit ēt de dote faciendo mentionem de rebus per tex.in.l.qui filiab⁹.in prin.ff.de lega.primo.cum simi.facit:quia rei verbum generale est tex.est in.l.j.si cer.peta.ad idem adduco textu.in.l.fi.C.quādo mulier tute.offi.fungi.possit.in verbo suamq; substantiam ⁊c.supponat ⁊c. Substantia autem ⁊ patrimonium idem important.lege cogi.in prī.ff.ad trebel.dos autem est propria substantia ⁊ pr̄imoniū.immo tex.in.l.assiduis.ad fin.C.q pōt in pig.ha.dicit quod tota substantia mulieris in dote cōstituta est.⁊ sic probat qd nihil aliud est substātia mulieris q̄ dos ⁊ quod vt plurimum ⁊ quasi semper mulieres non habent aliaz substantiam.vltra dotem que dicitur patrimonium mulieris.
1 l.iij.§.vtrum.in fi.ff.de mino. †vnde non puto hesitandū quin cōcludendum sit dotem istius matris trutricis fuisse hypothecatam pro administratione ⁊ redditione rationis prout debet instrumentum cantare.⁊ etiam est de iure cōi.d.l.pro officio.C.de administra.tutorum. ¶ Ex qua cōclusione sequit cōclusio alia ad propositum nostruz q pro dicta administratione ⁊ redditiōe rationis ad quā in presentiarum tenet ⁊ de iure ⁊ ex forma statutoruz pōt dicta dos obligata retineri.q: cum rōne hypotece filij habeāt ius in re possunt retinere per id qd hr̄ in l.q̄uis.C.de distrac.pig.⁊ in.l.fi.C.commodati.⁊ in.l.si nō sortem.§.si tantum.ff.de condi.indebi.⁊ probatur in fortioribus terminis in.l.j.⁊ in rub.C.etiam ob cyrographariam pecuniā probatur:q: si datur actio hypothecaria ad auocādam possessionem instit.de act.§.item seruiana igit multomagis datur exceptio.vt in regula cui actionem damus multomagis excep.ff.de regulis iur.⁊ probatur in.l.iul.ff.offerri.ff.de acti.emp. Jtem ex his que plene ponunt Bart.⁊ doc.in.l.si filio.§.si vir in quinquennium.ff.solu.matri.⁊ in.l.emptorem.C.locati.de eo qui ratione hypotece tetinet rem locatam contra tertium in quem facta est alienario pro obseruantia locationis.⁊ si dicatur ista sunt iura regularia.tamen in dote est speciale q non admitratur retentio.vt in.d.§.taceat.⁊.s̄.dictum est. ¶ Sed ad hoc respōdeo q regula est de qua.s̄.a qua nō reperio hanc exceptiōem datā qñ dos est legitime hypothecata q nō possit retineri pro obseruantia ꝯtus seu actus pro quo extitit obligata.quicunq; ergo hoc dicit alleget argumen.glo.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iuris. ¶ Confirmatur hoc euidenti rōne ex duplici regula. ¶ Prima qd quandocunq; aliquid concedit omne id censetur cōcedi qd est de natura illius actus.argu.l.stipulatus.ff.de vsuris.quod notat Jnno.in.c.ex literis.de iure patro.⁊ Bald.in.l.a procuratore.C.mandati. ¶ Secunda regula est.q: quotiēs aliquid conceditur concessum vr̄ quicquid ad illud sequitur.hanc regulam ponit Bal.in.l.ij.ff.de iurisd.om.iudi.in lectura noua.⁊ plene tradunt ibi Bar.⁊ doc.cum ergo sit a lege concessum qd dos dicto casu obligari possit vr̄ esse concessum omne id qd sequitur ex obligatione.q: dicitur effectus connexus sue cause.⁊ de cōnexis idem est iudicium.l.an inutilis.ff.de accepti.l.fi.C.de indi.vidui.c.translato.extra de constitu. ¶ Confirmatur hoc:q: in huiusmodi instrumentis tutele mulieres renūciant omni iuris ⁊ legū auxilio ⁊ fauori.ergo videatur renūciasse dicto legū bñficio si qd habuisset.
2 †Nā si vigore talis renūciatiōis pōt tūc mulier psonaliter capi.vt ꝯcludit no.Bar.in.l.si qs sub ꝯditiōe.ff.de testa.tutela ⁊ Bar.de Saly.in aut.matri ⁊ auie.C.qñ mulier tute.offi.fūgi pōt.lz al's lege phibēte capi nō potuisset.vt est casus i.l.vnica.C.de offi.om.iu.ergo forti⁹ operat dictā retētiōem bonoꝝ.ar.aut.multomagis.C.de sacrosan.eccle.faciūt no.in aut.igressi.C.de sacrosan.eccle.⁊ hoc maxie qñ mater q̄ fuit tutrix trāsiuit ad secūda vota nō reddita ratione administrationis quo casu nedum q lex eidem suum conferat auxilium:sed habet ipsam

odio ⁊ punit. vt est casus in aut. eisdem. C. de secundis nuptijs.
igitur non debet auxilio. l. iuuari. quia in legem cõmisit. c. quia
frustra. extra de vsuris. cum simi. Immo qđ fortius est bona se
cundi viri qui eã in vxorem accepit nõ reddita rõne sunt obli
gata vt est casus in. l. ij. C. quãdo mulier tut. offi. fungi põt. ex
quo datur intelligi quãtũ iura voluerunt fauere filijs quoruz
mater tutrix trãsit ad secunda vota nõ reddita ratione admi
nistrationis ex quibus concludo qđ dicta dos propter hypo
tecam retineri potest. Sed adhuc restat vnus scrupulus qũo
possint dicere habere isti filij hypotecam in dote. nam clarum
est qđ sunt debitores dotis. ⁊ sic dos consistit in nominibus de
bitorum dictorum filiorũ. Ergo videtur qđ nõ possint habere
obligatam dotem qꝛ haberent obligatos seipsos sibiipsis ꝯ
id quod habetur in. l. Uranius ⁊ in lege heres a debitore. ff. de
fideiusso. ⁊ not. in. l. ij. ff. de stipulatio. seruorũ. ¶ Sed ad hoc
respondeo quod quando quis est debitor ex vna causa credito
ri suo hoc nomen debitoris potest habere hypotecatũ ex alia
causa sicut videmus ꝙ in hoc nomine potest mihi vsufructus
legari. l. postꝙ. §. idem tamen nerua. ff. de vsuf. rerum earum q̃
vsu consu. ⁊ qꝛ nomen debitorum non est ipsius debitoris sed
creditoris prout in simili notat Barto. in. l. grege. cum pigno
ri. ff. de pig. ⁊ ita hoc anno consultum fuit hic per insignẽ do
ctorem dominum Petrum philippum de cornea de perusio
cuius consilio me subscripsi ⁊ eius conclusionem confirmabaz
casum iudicio meo in. l. penul. C. depositi. qui text⁹ dum dicit
pecunias vel res loquitur tam in deposito quãtitatis ꝙ in spe
cie prout ibi ponderat Bar. de Saly. ⁊ tamen deciditur ibi ꝙ
hypothecaria depositũ retineri nõ potest. ergo patet qđ quate
nus loquitur in deposito quantitatis presupponit quod tale
nomen depositario potest esse hypothecatum. Bene facit tex.
cum ibi no. in. l. fina. §. in computatione. C. de iure de liberan
3 di. ⁊ tex. ⁊ ibi p Bar. in. l. debitor. ff. ad trebel. ¶ † Confirma
bam etiam hoc quia tale nomen dicitur esse hypothecatũ hoc
est ius istius nominis quod residet in persona creditoris ⁊ qđ
in persona creditorum resideat est casus in. l. quis ergo casus.
ff. de peculio ⁊ i. l. ea vero. ff. p socio. q̃ duo iura ad hoc allegat
Bal. in. l. edita. in secũda q̃stione. C. de edendo. sed in casu ad
huc hec conclusio redditur clarior: qꝛ aliud est dos aliud nomẽ
4 debitoris qđ in dote cõtinetur. † Naz dos dicitur esse quid vni
uersale. vt est casus in. l. secunda. ff. de dot. prela. ⁊ in. l. quod
dicitur ff. de impensis. ⁊ tenet Bart. in rubri. ff. soluto matri
mo. cuius opinio est communis ⁊ vera ⁊ ibi eam plene defen
di a volentibus impugnare. Unde cum dos sit ius ipsius mu
lieris distinctum ⁊ separatum ab ipso nomine nihil repugnat
quominus istud ius dicatur hypothecatum istis filijs. ex qui
bus omnibus concluditur quod ante redditionem rationis
administratiõis. dicti filij ad dotis restitutionem cogi minime
possunt. ⁊ hec de prima dubitatione. ¶ Circa secundam du
5 bitationem concludo quod dicta † mater que fuit tutrix non
põt alimenta petere. pro cuius conclusionis maximo fundamẽ
to ego premitto. qđ dicti filij non fuerint in mora soluendi di
ctas dotes. nam licet de iure communi. ⁊ ex forma statutorum
deberentur dotes immediate post annum vt in. l. vnica. §. ex
actio. §. de rei vxo. patet hoc ex forma statutorum mihi trans
missorum. ⁊ consequenter post annum heredes videantur esse
in mora dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contra
henda ⁊ commit. stipulatione. ⁊ tamen multiplici respectu ex
cusantur a mora. ⁊ primo si qua mora posset imputari in non
soluendo dotem post annum illam imputari posset domine
Antonie tutrici que debuisset exigere se ipa. ⁊ maxime vt pupil
lum ab alimentis ⁊ vxore liberaret. vt est casus in. l. quotiens
§. sicut autem. vbi tex. multum not. ff. de administra. tutorum
vnde non posset allegare moram in soluendo post annum ex
quo hoc culpa sua contingit iuxta plene not. in. l. cum mulier
ff. solu. mat. ¶ Secundo qꝛ ex quo elegit stare in domo ⁊ ali
mentari cũ filijs heredibus elegit viam habendi alimenta in
domo filiorum ⁊ non repetendi dotes prout dictat statutum.
⁊ sic cum fuerit alimentata per plures annos non fuerunt he
redes in mora soluẽdi dotez. vnde sequitur ex hoc ꝙ si per lap
sum primi anni non fuit inducta mora ⁊ sic fuerit remissa non
potuit amplius induci sine noua interpellatiõe. hoc probatur
per tex. in. l. pecunie fenebris. ff. de vsuris. in verbo eius tempo
ris inculpatam moram esse constitit ⁊c. Hoc occidit in ter
minis Bar. in. l. item illa. ff. de consti. pecunia. probatur etiam
manifesta ratione. quia elapso primo anno non erat certũ quo
tempore mora posset induci. puta si debuisset induci eoipso ꝙ
de domo recessisset. hec erat dies incerta. dies autez incerta nõ
interpellat. casus est a contrario sensu in. d. l. magnam. Et ibi
notant docto. ⁊ notant Moderni. in. l. quotiens in diem. ff. de
verbo obl. ¶ Tertio etiam excusantur a mora: quia immedia
te quod dos fuit obligata potuit retineri pro obseruantia do

nec ratio ⁊ aliqua redderentur. prout. s. deductũ fuit ergo nõ
competebat efficax petitio. sed vbi nulla petitio ibi nulla põt
esse mora. vt no. in. l. nuda. C. de contrahen. ⁊ cõmit. stipula. et
in. l. si pacto quo penã. C. de pactis. ⁊ qꝛ hoc facit. l. promitten. l.
graccus. C. de adulterijs. cum similib. ¶ Quibus p̃missis ostẽ
ditur quod dicta alimenta peti nõ possunt. ⁊ primo tenendo
opi. Bar. in. l. insulam. §. vsuras. ff. so. ma. vbi decidit in termi
6 nis ꝙ † mulier post annum ẽt data mora in restitutione dotis
non põt alimenta petere. ⁊ Bar. in. l. at qui natura. §. tm̃. ff. de
neg. gest. ⁊ tz Bal. in. l. fi. C. de bo. mater. Idem voluit Host. in
summa de vsuris. §. an aliquo. ⁊ Jo. An. ⁊ Card. in. c. salubri
ter. de vsuris. ⁊ hanc partem tz do. Lauren. de Ridolph. in tra
ctatu vsurarum. in. q. lij. ⁊ est magis cõis. licet Bald. ⁊ plerics
alij contrarium dicant. ¶ Secunda opinio p̃batur tenendo
opinionẽ quam tenent Ang. Joan. de imo. ⁊ Ludo. ro. in. d. l.
diuortio. in prin. qđ qñ mulier nõ habet aliunde vnde se alat ⁊
heredes sunt in mora alimẽta peti possunt. alias si non sunt in
mora possunt peti. Idẽ Ange. in. l. titia. ff. de solu. sed in casu
nostro nulla fuit mora in soluendo dotem. ergo nõ possunt pe
ti alimenta. Ad idem quod notat do. Anto. in. d. c. salubriter.
⁊ quod no. Jo. de. imo. in. d. l. insulam. §. vsuras. Adduco etiã
ad idem consilium solenne Pe. de ancha. numero. cxlij. quod
incip. in. q. que vertiꝛ inter nobilem dominã. vbi plene tangit
vtrum mulier possit so. ma. vltra sortes dotis petere aliqd pro
alimentis. ⁊ in effectu concludit qđ non: quia extinctus est titu
lus dotis ⁊ cessat cã priuilegij. ⁊ lz cã alimentorum sit valde fa
norabilis ⁊ pia nõ tamen p̃pter hoc põt plus debito peti: per
id quod habetur in. c. super eo. extra de vsuris. ¶ Ex quibus
concludiꝛ qđ dicta alimenta peti nõ possunt ex eo maxie qꝛ nõ
oñditur heredes fuisse in mora restituendi dotes. nec etiaz ali
quid p̃supponiꝛ qđ nõ hz aliunde vnde se aleret. ⁊ sic conclu
7 do qđ de iure cõmuni non põt talia alimenta petere. ¶ † Nec
habet obstare statutum quod vult quod alimenta debean
tur ad rationem quinq͂ pro centenario quod statutum validũ
videtur esse hoc casu pront voluit Baldus. in. l. fi. §. preterea.
C. de iure do. ⁊ hoc statutum dicit esse tolerabile. do. Cardi. in
cle. prima. extra de vsuris. Ad idem facit quod no. Baldus in
l. acceptam. C. de vsuris in. vij. q. allegando glos. sing. in aut. de
exhibendis reis. §. si vero. ¶ Sed ad hoc statutum tripliciter
ego respondeo. ¶ Primo quod statutum loquitur in vidua
nos autem sumus in muliere que nupta vult talia alimẽta pe
tere. cum ergo verba statuti nõ conueniat non debet conueni
re dispositio. l. j. §. si quis nauem. ff. de exercito. ⁊ in. l. si seruum.
§. nõ dixit pretor. ff. de acquir. here. ⁊ in. l. si vero. §. de viro. ff. so.
ma. ¶ Secundo dico quod dictum statutum dz intelligi quã
do heredes fuissent ĩ mora soluẽdi. vt reducat ad terminos iu
ris cõmunis ⁊ opereꝛ quo ad taxam determinatã alimentorũ
recipiũt enim statuta interpretationẽ passiuã a iure cõmuni. l.
si serui vestri. cũ materia. C. de noxa. ⁊. l. fi. §. in cõputatione. C.
de iure delib. cũ vulga. ⁊ maxime qñ nõ restitutio causaꝛ ex fa
cto creditoris. vt in casu nostro p̃ut est casus notabilis in. l. si
peculium. §. j. ff. de statu libe. ⁊ p̃batur ex his que eleganter po
nit Bart. in. l. amplius nõ peti. ff. rem ra. haberi in illa. q. An
iurans soluere possit compensare. ¶ Tertio ⁊ vltimo rñdetur
ꝙ s̃m opinio. multoꝝ tale statutũ nõ valet prout tenet Ja. bu.
in. l. j. C. de sum. tri. ⁊ refert quendã magna theologũ ita tene
re. qꝛ ex quo debenꝛ ex cursu temporis est vsura: prout idem te
net in aut. ad hoc. C. vsuris. ⁊ hanc partem tenent stepha. de li
gnano ⁊ Jo. Imo. in cle. j. de vsuris faciunt no. per. Bar. in. l.
si finita. §. iul. ff. de dã. infec. de statuto disponente qđ missus in
possessionem lucretur fructus satis equa videtur distinctio
do. Abba. in. d. c. salubriter. ꝙ aut statutum disponit alimẽta
deberi eo casu quo de iure communi debentur ⁊ valet. aut eo
casu quo nõ debenꝛ. ⁊ tũc secus cũ ergo in casu nr̃o sim⁹ in casu
de quo in iure communi nõ deberentur: ergo non possum⁹ esse
in casu validitati statuti. sic ergo conclusio qđ dicta alimenta
peti non possunt. Laus deo.

¶ Consilium. clxxxj.

1 ☞ Hospitalarij equiparantur tutoribus curatoribus.
2 Domini et cõitates habent fundatam intentionẽ quo ad res
sitas in eorum territorio.
3 Bona fides p̃sumitur ex possessione longissima.
4 Prescriptio cuius initij ⁊c. habet vim cõcessiõis ⁊ priuilegij.
5 Infra dictio quid significet.

Dominus labia mea ape
riat ⁊ spiritussanctus illuminet intellectum. ¶ Ui
sis capitulis transactionis facte inter communita
tem sarzane ⁊ castri noui. ⁊ visa designatione loci mihi exhibi
ta. ⁊ cõsideratis his q̃ in facto narranꝛ sup trib⁹ oriꝛ dubitatio
¶ Prĩo qꝛ certe bestie porcine hoĩm castri noui fuerũt ĩuẽte in
terreno

terrenis Hospitalis sancti Lazari iter stratam primã ꝛ terminum muratũ.vñ volũt illi de sarzana ꝙ soluãt penã bestiarũ q̃ intrãt pascere q2 nõ est de locis qbus hoĩes de castro nouo licite pñt pascere eoꝝ aĩalia. Sz ex aduerso dr̃ ꝙ tenenť tm̃ ad dãnum:q2 dicti hoĩes de castro nouo habẽt conuentionẽ cũ massario hospitalis qd̃ teneantur tm̃ ad extimationẽ damni.ꝛ ita ecõtra si contingeret bestias hospitalis inferre damnum in curia castri noui eodẽ modo hospitale teneatur ad solã extimationem damni. ¶ Secundo oritur dubitatio qd̃ ille de castro nouo possident ꝛ habent multa predia ꝛ terrena infra cõfines curie sarzane que tenuerũt ꝛ possederunt tãto tpe cuius incõtrarium memoria non existit.cõitas autẽ sarzane dicit illa ad se pertinere nisi ostendatur per possessores quo iure illa possideãt. ¶ Tertia dubitatio que oritur est q2 vigore quinti ꝛ septimi capituli homines sarzane pretendũt ad eos ptinere oẽs paludes ꝛ omnia pdia que sunt a prato Antonij ꝛ a prato domini epi.j.versus flumen macre nõ solum per rectã lineã eũdo versus dictuz flumen.sed ex transuerso.illi aũt de castro nouo dicunt ꝙ tantũ habent illas paludes ꝛ illa predia que sunt.j. eundo per rectã lineam versus dictũ flumen. ¶ Circa primam dubitationẽ breuiter cõcludo qd̃ vigore dicte cõpositiõis habite cum massario dicti hospitalis pdicti homines de castro nouo nõ pñt cõdemnari ad penam:sed tm̃ ad extimationẽ dãni. sunt enim seruanda pacta ꝛ cõuentiones habite inter dictum massarium.ꝛ dictos homines.l.j.ff.de pactis.l.j.ff.de consti.pe
1 cunia cum multis similibus.† Nam predicti massarij seu hospitalarij hospitalium equiparanť tutoribus.ꝛ curatoribus vt est casus.ꝛ ibi notat.in.l. orfanotrophos.C. de epis.ꝛ cle. et pñt ꝯhere ꝛ administrare res hospitalis.vt ibi probatur.sicut tutores.ꝛ curatores. vt in.l. lex ꝙ tutores.ꝛ in.l.fi.C.de admi. tu.ꝛ eo maxime:q2 talis ꝯuentio nullũ damnũ reddit hospitali cũ debeat restaurari ꝛ ei refici extimatio damni.l.iij.cum ibi plene no.ff de dam.infe.tamẽ eo q2 pius locus non debet curare exactionem penarum.xj.q.ij.fraternitas.vbi glos.eodẽ mõ bestie hospitalis seu hospitale non teneň ad penã qñ fuissent inuente in pascuis castri noui seu in terrenis dicte cõitatis.argu.l.de fideicõ.C.de trãsac.vñ nõ video ꝙ aliqua ratio obstet quominus dicto cõuentio fuerit valida.si ergo fuit valida dicta conuentio igitur nõ potuerunt incidere in penã.q2 volente ꝛ permittente domino ingresse sunt bestie illa loca per ea q̃ no.Barto.in.l.inter omnes.§.recte.ff.de furtis.ꝛ Barto.in.l. transigere.ff.de transac.Nam ex damno qd̃ inferť priuato competit actio cõitati.si ergo priuatus consensit.nullum queritur ius cõitati vt ibidem plene prosequitur Barto.ad idem text. insti.de obli.que ex delicto.§.placuit.ꝛ not.plene.Lud.ro.in.l. que dotis.ff.sol.matr. ¶ Vñ cõcludo ꝙ ex quo impune volẽte hospitalario sunt ingresse nõ põt per cõitatẽ exigi pena sz tantum damnum refici dz.ꝛ posito qd̃ talis conuentio non tenuisset:q2 forte dictus massarius non hz talẽ ptãtẽ qd̃ tñ nõ est credẽdum cum illis administratio ꝯcedatur saltẽ dicta ꝯuentio prebuisset iustam cãm excusandi a pena per ea que no.plene bar. in.l.j.§.j.ff.si quis tastamento liber esse iussus fuerit. ꝛ per ea que not.Cy.in.l.si quis nõ dicã rapere.C.de episcopis.ꝛ cle.ꝛ quod not.in.l.igitur.§.põt.ff.de liber.causa.omnibus ergo recte pensatis indubitanter credo dictos homines de castro nouo non posse cogi ad solutionem dicte pene. ¶ Circa secundã dubitationẽ videbatur prima facie dicendum qd̃ dicti homines de castro nouo nõ possint licite retinere terrena.j. dictos fines curie sarzane nisi ostendãt quo iure illa possideant.hoc videť probari per ea que ponit Bart.in rub.C.de ꝯhen.emp. versi.xxij.quero vbi dicit qd̃ illa que sunt.j.fines pſumuň eẽ il
a lius cuius sunt fines.[a] allegat.l.e de sacra.§.fi.ff.de ꝯhen.emp. ad idez qd̃ notat Pau.de ca.per tex.in.l.j.in prin.ff.de acqui. pos.vbi dicit qd̃ loca que sunt.j.fines presumũtur esse cõitatis cuius sunt fines.ille enim qui fundat se in toto territorio ꝛ in tota curia dicitur se fundare in qualibet parte territorij: quia quod iuris est de toto quo ad totũ.idẽ de parte quo ad partẽ. l.que de tota.ff.de rei ven.ꝛ in.c.si diligẽti.de prescrip.p quem
2 dicit ibi Hostiẽ.ꝙ†dñi ꝛ cõmunitates habent fundatã itẽtionem quo ad res sitas in eorũ territorio.faciunt not.per Joan. an.in.c.fi.extra de offi.archi.ꝛ tex.in.c.cuz bertoldus.extra de re iudi.ꝛ sic vr̃ qd̃ fundata sit itẽtio cõmunitatis sarzane quo ad bona sita in eius territorio.donec ꝯtrarium oñdať. ¶ Nec vr̃ obstare scd̃m capitulũ trãsactiõis predicte in quo disponitur qd̃ loca ꝛ bona que possideň per hoĩes castri noui.j.fines iurisditionis sarzane sint libera ꝛ exempta.q2 dictũ capl'm non cõcedit aliqua loca de nouo sed tãtum libertatẽ locis possessis a grauedinibus seu oneribus.ꝛ sic tãtũ exemptionis respectu onerũ.pſupponit ergo loca spectare ad hoĩes de castro nouo. Cũ ergo compositio vnũ pſupponat.ꝛ aliud disponat non hz locũ dispositio nisi pbeť pſuppositũ vt voluit glo.no.in.l.mancipia.in verbo aduocandum.C.de seruis fugi.quã ibi summe notãt Jac.bu.Bal.ꝛ Moder.ad hoc ergo vt dictũ capl'm cõpositũ habeat locũ habẽt primo probare dicti hoĩes de castro nouo res ꝛ bona ad eos pertinere. ¶ His tñ nõ obstantibus ꝯtrã sententiã veriorẽ existimo qd̃ immo dicti hoĩes de castro nouo possidentes dicta bona habent fundatã intentionẽ nisi ex aduerso probetur per cõitatẽ sarzane pdicta bona ad dictã cõitatem pertinere ꝛ spectare.hoc pbať.nã ex quo dicti hoĩes de castro nouo sunt in possessiõe de natura possessiõis est trãsferre onus pbandi in aduersariũ insti.de interdictis.§.cõmodum.ꝛ in.l.fi.C.de rei ven.ꝛ in.l.fine possidetis.cum ibi plene no.C.de probatio. Nam anteꝙ actor pbat nõ ad se pertinere reus qui possidet ex sola possessiõe pbat dñium:vt in.l.ob maritorũ.ꝛ ibi glo.ꝛ doc.C.ne vxor.pro marito.ꝛ no.in.l.cum res. C.de pbatio.ꝛ plene notant Bart.ꝛ doc.in.l.qdã in suo.ff.de cõdi.insti.ꝛ sic cõcluditur qd̃ dicti de castro nouo ex possessione habent fundatã intentionẽ. ¶ Solũ ergo restat rñdere ad allegata in ꝯtrarium:pro quorum solutione considero qd̃ aliqñ ꝛ primo designantur fines in rebus seu predijs priuatorũ ꝛ tunc de natura finiũ est includere quicquid est intra fines.ꝛ ita loqtur Bald.in rub.C.de contrahen.emp.ꝛ iõ puto qd̃ in dubio res iclusẽ.j.fines presumerẽtur illius cuius sunt fines nisi aliõ ostenderetur. ¶ Aliquando ꝛ secundo res sunt.j.fines territorij alicuius domini vel castri nec possidentur per aliquẽ nec apparet cuius sint ꝛ tunc forte cõitas habet fundatam intẽtionem.ꝛ ita loquitur Pau.de ca.in.d.l.j.in prin.ff.de acq.poss. non tamẽ affirmo. ¶ Aliquando ꝛ tertio res sunt site.j.fines alicuius territorij.ꝛ pſumũtur esse illius cuius sunt fines quo ad iurisditionem non autem quo ad dominium rerum particularium.ꝛ ita loquitur Hostien.in dicto.c.si diligenti.quem ita ibi declarat do. Abbas.ꝛ Modernus. ¶ Aliquãdo.ꝛ quarto ꝛ vltimo predia sunt sita.j.fines alicuius cõmunitatis sunt tamen possessa per particulares personas etiam nõ subditas ꝛ non habitantes in castro seu ciuitate dicte communitatis.ꝛ tunc dico qd̃ communitas non habet fundatam intentionem quo ad dominium rerum particularium possessarum p alios. hoc decidit in terminis do.Abb.ꝛ Modernus in.d.c.si diligẽti.vbi declarando illud dictum Hosti.dicit qd̃ procedit respectu iurisditionis non autem respectu ppꝛietatis rerũ ꝛ bonoꝝ.j.limites existẽtiũ.hoc probat rõne. Nam imperator ꝙuis sit dñs totius mũdi vt in.l.deprecatio.ff.ad.l.rhodiã de iactu.ꝛ in.l.bene a zenone.C.de quadri.pſcrip.Nõ tñ intelligitur habere dominium rerum particularium.vt no.gl.ꝛ Bar.in prohemio:ffoꝝ.Et Bar.in.l.j.ff.de rei vẽ.ꝛ in extrauagãti ad reprimendam in verbo totius orbis.ꝛ Ang.in.d.l.bene a zenone. ¶ Confirmatur hoc:q2 habere ius territorij denotat habere exercitiũ iurisditiõis.l.pupillũ.§.territoriũ.ff.de verb.signi. ꝛ in clemen.ne Romani.§.sane.de elec.Et ita exponit gl.in.l. quicunꝙ.C.de fundis limitofis.lib.xj.Pro hoc etiam est bonus tex.in.c.primo.§.item siquis quibus modis feud.amitta. per quem dicit ibi Bald.ꝙ aliud est habere dominium terrarum:aliud est habere iurisdictionem ꝛ districtum.ꝛ sic de vno ad reliquum non infertur concludens probatio.l.non hoc.C. vñ cognati.c.in presentia.cum ibi plene not.C.de probationibus cum simi. ¶ Confirmatur hoc noua.ꝛ concludẽti rõne q2 fines territorij nõ probant dominiũ rerũ iclusarum.j.fines q2 si hoc esset sicut fines demonstrantes dominiũ rerum particularium augmentantur ꝛ extenduň per alluuionem.instit. de rerum diuisione.§.preterea per alluuionem.ꝛ in.l.adeo.§.primo.ff.de acquirendo rerum dñinio.hoc autem est falsum: q2 fines iurisditionis alluuione non mutantur.l.in agris.ff.de acquirendo rerum dominio.ꝛ plene probat Bartolus in suo solenni tractatu Tiberiadis in primo libro super verbo acquiritur nobis ꝛc.Ergo stat quod fines dominij particulariũ extendantur ꝛ non iurisditionis. Et sic qui fundat se in finibus iurisditionis non habet fundatam intentionem in dominio rerum particularium.ꝛ sic remanent soluta in contrariuz allegata sufficienter.Sed omnia ista redduntur clariora ex longissima possessione ꝛ consequenter ex presumptione longissimi temporis per quam censeretur prescriptum omni iuri qd̃ dicta communitas sarzane habet.l.sicut ꝛ.l.omnes.ꝛ per to-
3 tum.C.de prescriptio.xxx.annorum† ex qua longissima possessione presumitur bona fides vt notat Barto.in.l.fi.per illum tex.C.vnde vi.ꝛ Jo.and.in additione.Spe.in titu.de testa.§. nunc videndum in.prima magna addit.ꝛ archi.in.c.j.de prescriptio.lib2.vj.Inno.in capitulo secundo extra de restitutio. in integrum.ꝛ Angelus in.l.penultima.C.quibus non ob. longi temporis prescriptio.do.Antonius in.c.cum ecclesia sutrina.de causa possessionis et proprietatis et in repetitione.c.peruenit.de censibus.ꝛ do.Abbas in.c.si diligenti.
4 de prescriptio.et eo maxime predicta pcedunt quia †vt mihi dicitur predicti de castro nouo possiderunt tanto tempore cuius in contrarium memoria non existit que habet vim

a ¶ Existens i possessiõe hz fundatã intẽtionem.

concessionis ꝛ priuilegij .c.super quibusdā.§.preterea de vbo. signifi.ꝛ l.ij.§.ductus aque.ff.de aqua quot. ꝛ esti. ꝛ est casus in.c.j.de prescriptio.lib.vj.vbi probatur ꝙ nō est necesse titulum allegare prout ibi notant Archi. Joan.an.ꝛ doct.tradit Hosti.in summa de consuetudine.§.fi.ꝛ Inno.in.c.cum ecclesia sutrina.de causa possessiōis ꝛ proprie.ꝛ Bald. in. extrauaganti de pace cōstantie.in vbo sicut ab antiquo .ꝛ ex tali pscriptione queritur directum vt cōcludit Bald.in.l.j.C.de pactis. ꝛ sequuntur mod. ¶ Ex qbus concludo qḋ dicti homines de castro nouo sup dictis bonis nullo modo molestari possunt. ¶ Circa tertiā dubitationē nō adducēdo que leuiter in ꝯtrariū adduci possent cōcludo qḋ per dictū.c.septimū dicte compositionis iuncto.c.quinto dicti homines de castro nouo censent̄ tātū cōcessisse paludes ꝛ territorium ab vno latere incipiendo a prato Antonij eūdo p rectā linam vsq; ad flumen macre. ꝛ ab alio latere incipiendo a prato episcopi eundo ēt recta via vsq; ad flumen.qḋ pbatur. Et primo ex verbis dicti septimi capituli dum dr̄.ꝛ inferius vsq; flumen macre a prato Antonij ꝛc.ꝛ dum subditur.ꝛ prato domini episcopi.ꝛc. Hec autē verba infra ꝛ supra ꝛ inferius ꝛ superius sunt correspectiua ꝛ opposita prout colligit̄ ex dictis Barto.in tractatu Tyberiadis.in.ij.lib.de insula in.c.quod incipit.qḋ si ex vno latere vbi pro his dictiōibus allegat tex.in.l.supra idē.ff.de aqua plu. arcē.ꝛ in.l.j.§.j.ff.de arbo.cedēdis.ꝛ in.l.si duo.§.labeo.ff. vti possidetis .in quibus probatur qḋ illud dr̄ esse supra solū seu domum qḋ est supra eundo per rectam lineam .ꝛ sic pari rōne illud dr̄ esse.j. Alia autē loca dicūtur a latere. ita dicamus qḋ .j.hic sumatur versus flumē per rectam viam. Alia aūt loca dicantur a latere.ꝛ hāc distictiōem probat text.punctualiter qui facit hāc distictiōem.d.l.adeo.§.insula.versic.qḋ si ex vno latere. Ubi omnia ista tria probātur.ꝛ super illo textu. Bar. fundat dictum suum in dicto libro de isula. ¶ Confirmatur hoc
5 ꝙ qꝛ de nā dictiōis ifra est vt cōtineat cōtēta inter extrema quibus adiungitur.vt.in.c.j.ꝛ in.c.ex tuarum extra de auctoritate ꝛ vsu palli.ergo cum in casu nostro sit adiūcta illis extremis s.prato Antonij ꝛ prato epi qḋ est.j.illa extrema vsq; ad flumen censetur concessum ꝛ non vltra. Preterea quare fuissent apposita illa extrema. Nam alias dicta opposito extremorum non video quid operetur contra.l.si quando.ff.de legatis.j. et textu.in.c.si papa.de priuileg.satis enim fuisset vltra vnum terminum cōcedere si voluissent dicto mō cōcedere prout intelligit communitas sarzane. ꝛ nō apponere duas extremitates ꝛ concedere in illas versus flumen. ¶ Preterea etiam confirmantur ex verbis appositis in.v.capitulo .ad quod septimū capitulū se refert in quo fit designatio loci de vno extremo ad aliud per rectam lineam.ꝛ postea in.vij.c.conceditur illud qḋ est inferius ad illa loca designata.ergo dꝫ fieri designatio vsq; ad flumen per rectam lineam qꝛ precedentia declarāt sequentia.l.si seruus plurium in fi.ꝛ.l.qui filiabus.in prin.ff.de le.j.ꝛ qḋ not.Bart.in.l.pretor.§.erit ꝙ differētia.ff.vi bono.raptor. Alia autē terrena que querunt nūc isti de sarzana occupare potius dicuntur a latere:vt supra est dictum ꝙ inferius. ¶ Et eo maxime confirmatur quia immediate facta compositione paludes ꝛ terrena que erant.j.per rectam lineam fuerunt concesse ꝛ possesse per homines de sarzana que prius possidebantur per homines de castro nouo vigore dicte compositionis. ꝛ ita presumitur.l.quedam mulier.ff.de rei ven. Alia aūt existentia extra rectam lineam fuerūt possessa per homines de castro nouo prout prius possidebant̄.ꝛ sic executio ipsius actus partiū intentionem demonstrat. Nam talis actus sequens demonstrat intētiōem:nam per dictam cōcessiōem nō solum preiudicatum fuit cōitati castri noui sed ēt iuribus priuatorum.ergo stricte intelligēda.c.j.de rescriptis .in.vj.l.ij.§.si quid a principe.ff.ne quid in loco publico.ergo cum possit dupliciter intelligi debet interpretari vt minus preiudicet iuribus priuatorū ꝛ sic per rectam lineam vsq; ad flumen:immo ex quo dicitur ꝙ illa pdia sunt particularium psonarum:nō potuisset cōmunitas illis particularibus sine iurta causa auferre.l.totiens.ff.de polli.l.si priuatus.ff.qui ꝛ a qbus.ꝛ no.Bart.ꝛ docto.in.l.fi. C.si contra ius vel vtili.publicam.ꝛ Inno. ꝛ docto.in.c.que in ecclesiarum .extra de consti.ergo tale.c. dꝫ intelligi ad minus. ꝛ ꝙtominus fieri pōt piudicet̄ iuribus particularium personarum.ꝛ eo maxime qꝛ nō video quō ipsi competētes particularibus potuissent preiudicare. tum qꝛ cōmunitas nō potuisset vt dictum est qꝛ hoc nō repitur qḋ habuerit in mandatis. vnde concludi posset ꝛ vē qḋ nō intelligantur concessa nisi loca ptinētia ad communitatē quia sup aliis non hēbant autoritatē. ¶ Ultimo quia vt ex pdictis pꝫ ad minus duplex pōt dari interptatio.ergo illam sequi debemus que est cōtra communitatē sarzane que habebat legem apertius loqui.ꝛ fundat se in verbis per textum. cum ibi plene no.in glo.ꝛ per Barto. in.l.veteribus.ff.de pac.ꝛ in.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus.ff.de verb .obli. Sit ergo cōclusio qḋ censetur cōcessum a dictis terminis vsq; ad flumen per rectam lineam.

¶ Consilium.clxxxij.

1 ¶ Filius naturalis an excludat substitutum.

affirmat aliquid sibi relictum cuius contrarium apparet in te-
stamento presumitur ignorantia per rationes Ange. lz aliquo
casu saluet opi. Jo. de imo; qui nõ attingit casum nostrum. hoc
idem sequitur etiam do. Aretinus preceptor meus in. d. §. duo
fratres. vbi respondendo cuidam rationi Joan. de imo. dicit
quod licet notarius dicat inspectis ⁊ cognitis verbis testamẽ-
ti: tñ hoc scire non põt nisi ex partium assertione q2 hec ab aĩo
pendẽt. ⁊ sic in effectu est partium cõfessio que erronea ex par-
tium assertione probari potest nec venitur contra instr̃m q2 no
tarius rogatus est de partium assertione. ¶ Preterea cum ex
assertiõe dñe Appolonie appareat illam affirmasse ea in testa
mento non cõtinet̃ in dãnum suũ vt dixi. Aut dicimus qđ erra
uit ⁊ nõ nocet assertio. Aut ex certa scientia. ⁊ tunc presumere
mus mendacium. ⁊ sic delictum cõtra. l. merito. ff. p socio. Itẽ
qđ voluisset iactare suũ cõtra dictã. l. cũ de indebito. Et ista est
etiam ratio Areti. Quinimo ipsemet Joã. de imo. tenet idem
qñ cõstaret mulierem ad hoc fuisse dolo inductam. argu. l. tres
fratres. ff. de pac. prout constat in casu nostro cum ignorans cõ
tenta in testõ asserendo donare que erant legata ⁊ tacendo reli-
cta in testõ quorum notitiam habebãt heredes extranei iuxta
no. per Bar. in. d. §. duo fratres. in. iij. q. fuerit ad transigendũ
inducta. ¶ Ex quibus concluditur qđ si in terminis Ange. qñ
in instrumento dr̃ inspectis ⁊ cognitis verbis testamẽti hoc eẽt
dicendum fortius. ⁊ sine dubitatione hoc est dicẽdũ in casu no
stro in quo neq3 notarius asserit neq3 testes probãt qđ habuit
5 noticiam testamẽti. ⁊ 2rium probatur ex premissis. † ⁊ lz testes
dicãt qđ credunt ⁊ firmiter tenẽt ppter verba plata dicta dña
Appolonia qđ ipsa sciret continentiã testamẽti tñ nihil pbãt
q2 hoc est iudicare ⁊ nõ testificari per id qđ habet̃ in. l. testium
C. de testi. ⁊ per Innocen. ⁊ alios in. c. causamq3. extra de testib.
¶ Quinimo primus testis in probatione scientie allegãdo ra-
tionem fundat se q2 affirmabat quod habitatio domus ⁊ q̃dã
alia fuerunt relicta ⁊ ita scđs testis maxime fundat se in ista ra
tiõe vnde cũ rõ sit falsa redditur dictũ falsum vt declarat Bal.
in. l. conuenticulã. C. de epi. ⁊ cle. Quatenus autẽ vere testificã-
tur probant oppositum dicũt quod nulla tũc fuit habita noti
cia testamẽti. ⁊ sic cõcludit̃ quod si probat̃ quod dña Appollo-
nia ignorauit cõtẽta in testamẽto hz locũ dispositio. d. l. de his
⁊ nõ vẽdicãt sibi locũ ea que ponit Bart. in. d. §. duo fratres in
iiij. q. ¶ Sed iterum obstare videbat̃ q2 in instr̃o renũciat̃. seu
transactio. dicitur quod ipsa hoc facit cõsulte ⁊ deliberate cer
ta scientia [a] ⁊ non per errorem vnde non videt̃ quod possit er-
rorem allegare. ⁊ hoc ponderabãt Joã. calde. ⁊ Franciscus de
ramponibus in eorum consilijs prout refert do. Alexã. in. d. §.
duo fratres. sed ipse respõdet quod non obstãtibus illis verbis
potest de errore doceri qui ostẽditur in casu nostro ex sua asser-
tione ⁊ tenore testamẽti. ⁊. s̃. ostẽsum est ƀm Bal. Ang. ⁊ Mo
der. in. l. sed ⁊ si quis in. §. fi. ff. si quis cautio. ⁊ ibi late do. Ale.
⁊ late per eum in. l. si dari. ff. de ver. ob. sed licet nõ probaret̃ tñ
contẽta in instrumẽto nõ obstant q2 renunciauit reseruatis do
tibus ⁊ iuribus dotalibus vt supra dictũ fuit. ¶ Adhuc obijci
potest. nam Ange. in. d. §. duo fratres. qui dicit quod satis est
quod in genere renũcietur quicũq3 relicto ex quocũq3 testamẽ-
to prout factũ fuit in casu nostro q2 satis esse vr̃ quod in gene-
re de testõ cogitauerit. ar. l. qui iure militari. ff. de vet. mili. suc.
quod latius psequitur Ang. Sed ad hoc respondeo qđ Bar.
ibi. v. q. ⁊ Jo. de imo. ⁊ Moder. cõtrarium tenẽt a quorũ opi.
6 in consulendo nõ est discedendũ q2 † dispositio. d. l. [b] de his re-
nũciari nõ potest quorum rõnes non prosequor q2 si quando
est facta mentio de testõ alicuius in specie nõ nocet etiam si sit
dictũ inspectis ⁊ cognitis verbis testamenti dũmõ pbet̃ quod
ignorauit cõtenta in testamẽto vt. s̃. late pbatum fuit prout te
nuit ipsemet Ange. limitando Bar. in. d. quinta q̃õne fortius
hoc idem dicendum est qñ facta mentio testamenti in genere.
⁊ probatur error quo casu Ang. hoc nõ attentasset ⁊ probatur
ratione q2 vt dicunt doc. in. d. l. de his. dispositio. illius legis re
nunciari non potest. ¶ Ex qua cõmuni theorica infert̃ rñsio si
diceretur quod renũciatũ fuit generaliter omni iuri 2petẽti ex
quacũq3 cã que dici aut excogitari posset ⁊c. q2 si ignorauit nõ
potuit beneficio illius legis renũciare que fuit inducta ob pu
blicam vtilitatem ⁊ in odium occultantiũ testamenta ƀm doc.
maxime Fulgo. ⁊ Paul. de cast. in. d. l. de his. ¶ Postremo tñ
obstare vr̃ quod licet simpliciter talis renunciatio non valeat
ppter dictã. l. de his tñ talis renũciatio vr̃ iuramẽto firmari ex
quo tale iuramẽtum seruari potest sine interitu salutis eterne
c. cum cõtingat. extra de iureiur. Et q2 videt̃ in genere de omni
remedio cogitare per ea que no. Bar. in. l. si quis in. vij. mẽbro.
ff. de fideiusso. ⁊ pbari videt̃ ex his. que ibi dicit Bart. in vlti-
mo mẽbro. ⁊ ibi in terminis Cuma. firmat ꝙ dispositioni. d. l.
de his. cũ iuramento renũciari põt. ⁊ ita tz Jmol. in. d. c. cũ cõ-
tigat. per illũ tex. ⁊ q2 lz sit inuẽta in odiũ occultãtis testamẽta
tñ non tollitur quin transactio possit iuramẽto firmari per id
qđ habetur in. c. significante. de pig. ¶ Sed ad hanc vltimam
obietionem respondet̃ multipliciter in primis. q2 aut attendi
mus renunciatio. de qua in instrumẽto. ⁊ illa reperitur iurata.
tñ illa non obstat q2 dicit ꝙ renunciauit reseruatis dotibus ⁊
iuribus dotalibus in qb9 verbis includit̃ legatũ dotiũ cui le-
gato per dictũ instr̃m non cẽset̃ renunciatũ. vt. s̃. late pbatũ
fuit. Aut volumus nos fũdare in attestatiõib9. Et tũc dico
qđ testes nõ deponũt fuisse iuratas stat em̃ h̃ ꝙ oĩa que dicũt
testes fuerint vera. ⁊ tñ tabellio nõ detulit iuramẽtũ nisi sup
7 stipulatione de qua rogatus est † cũ iuramẽtũ stricti iuris sit ⁊
nõ ligat nisi sup illis super qbus est formal̃r iuratũ vt est tex.
in. c. pe. ⁊ ibi plene no. extra de iureiur. ¶ Sed huic obiectio
ni vr̃ obstare. si dicat̃ qđ dicta testiũ deponunt de eadẽ renun-
ciatio. Et ex his renũciatio declarat̃. declaratio aũt nihil ad-
dit. sed qd actũ fuerit ostẽdit. l. heredes palã. §. si notũ. ff. de te
sta. ⁊ ibi notat̃. Vñ videmus qđ si testis deponit si postea de-
clarat dictũ suum non est opus iuramẽto ƀm Bal. ⁊ Pau. de
ca. in aut̃. hodie. C. de iura. calum. ⁊ sic actus cẽset̃ iurat9 put
8 declarat̃. ¶ Ad hoc põt pbabiliter rñderi ⁊ clare † qđ illa de
claratio seu interpretatio est que nihil addit qñ est verborum
dubiorum declaratiua non qñ extendit aliquo mõ ṽba vl̃ est ex
tranea prout est in casu nr̃o q2 cum in istr̃o renunciet̃ relictis
reseruatis dotibus ⁊ iuribus dotalib9 apte concludit̃ qđ reli-
ctum pro dote non censet̃ renunciatũ sed reseruatũ. dicere q̊
qđ reseruauit sibi cẽtũ florenos. ⁊ voluit relictũ pro dote in q̃
dos erat cõuersa. ista est extranea interpretatio ⁊ extẽsio. Et
maxime cũ cẽtum floreni nõ simpl̃r essent debiti sed ĩ bonis.
Et sic oĩno est extranea a reseruatione instr̃i. itez testes addũt
multa alia de quibus nihil in instr̃o apparet. ista autẽ non est
declaratio. ⁊ ideo super his non censet̃ iuratum. vt probat̃ ex
his que no. eleganter Bart. in. l. ab executore. in princip. ff. de
appel. sed potius dicendũ est qđ multa dicta fuere que nõ fue
runt cõclusa. vt. s̃. declaratũ fuit. ¶ Scđo rñdeo qđ iuramen-
tũ non vr̃ tollere dispositio. d. l. de his prout est de mẽte Bar.
in. l. cũ hi. in princ. ff. de transac. ⁊ hoc voluit Ang. in suo cõsi.
xcij. incip. cum lis ⁊ qđ. ⁊ Fede. consil. cxxxv. incipiẽ. querit̃ an
dña Margarita. et Fulg. in. d. l. de his. rationes obmitto q2
nõ itendo hoc discutere. ¶ Non tñ obmitto qđ aliud est que
rere nunqd quis etiã non videndo testm̃ possit renunciare. d.
l. de his. cuz iuramento. Quo casu loquuntur auc̃tates p̃alle
gate. Aliud est querere si presumit̃ ignorãtia ⁊ pp hoc presu
mit̃ trãsactio per errorẽ facta quo casu renunciatio est nulla
ex defectu cõsensus. arg. l. si per errorẽ. ff. de pac. Nam ex quo
est nulla ex defectu cõsensus nõ firmat̃ iuramẽto. vt voluit gl.
in aut̃. sacramenta puberũ. C. si aduersus vendi. quã ita decla
rant Cyn. ⁊ Bal. in ver. secundo querit̃ in. l. j. C. cõmodati. et
est vera ⁊ cõcludens consideratio. ¶ Tertio rñdeo ꝙ ex quo
aduersarij donauerũt dñe Appollonie certa bona put dicũt
testes et ipsa tũc renunciauit censet̃ illa de cã ĩducta ad renũ
ciandũ. vt declarat Bal. in. l. petens. C. de pac. ⁊ tradit̃ i. l. pe.
§. si vir. ff. sol. ma. et per doc. in. l. in bonefidei. C. de pac. et hoc
clarissime deponit secũdus testis. s. Paul9 qui refert qđ ipsa
dixit se renũciare q2 fuerant grati ĩ donando dicta bono igit̃
dicta renũciatio dr̃ facta stãte veritate dicte cause donat̃. al̃s
non vt probat̃ ex his que ponit Bar. in. l. damus. ff. de cõdi.
inde. ⁊ in. l. his cui eo. ti. ⁊ per Bar. in. l. demõstratio falsa. ff.
de cõdi. ⁊ demõ. Sed in casu nostro dicta cã erat falsa q2 oĩno
donabant. ex quo dicta bona fuerant legata ⁊ translatũ erat
dñium in eam. l. cũ pater. §. surdo. ff. de leg. ij. ergo non dz ha-
bere effectũ renũciatio per dicta iura. ⁊ per 2ñs etiã iuramẽ-
tũ eandẽ tacitam cõditionem hr̃e censetur. casus est in. l. fi. C.
de nõ nu. pec. ⁊ pbat eleganter in sili Jo. de imo. in. l. ij. §. sed
⁊ si quis. ff. de dona. facit. l. fi. ff. qui satisda. cogan. ⁊ text. in. c.
queadmodum. de iureiur. ¶ Quarto rñdeo qđ ista dolose ĩ-
ducta fuit. vt dixi ad renunciandũ. Nam heredes hẽbãt noti
ciam cũ essent extranei. vt per Bar. in. §. duo fratres in. iij. q.
Cũ ergo dixerint se illa bona donare. que erant legata appa
ret qđ aĩo decipiendi eã hoc fecerunt ⁊ pp hoc fuit ĩducta vt
statim dixi. ⁊ deponit scđs testis. Itẽ tacuerũt qđ esset relicta
domus cũ molendino ⁊ massaritijs ⁊ verisimile est qđ potius
dixerint ꝙ habitatio dom9 erat relicta prout ipsa affirmauit
qui ẽt dolus docetur ex enormi lesione in mulierib9 ⁊ minori-
bus ƀm do. Ant. ⁊ Abb. ⁊ Jmo. in. d. c. cũ contingat. ⁊ Pet.
de anch. in repe. capituli primi. de const. in. xj. q. prin. ⁊ in sua
disputatione

a ¶ Decisa deli-
berate ⁊ cer-
ta scientia et
nõ p errorem
an inducat
sciat ⁊ possit
errorẽ allegare.

b ¶ Disposit.
l. de his. an re
nunciari pos
sit ẽt cum iu-
ramẽto.

disputatione que incipit cum. C. laycus. ⁊ Ang. in sua disputatione que incipit duo adinuicem litigātes. sed claruȝ est qđ qñ
9 ꝯtus est reprobatus put in casu nostro p. d. l. de his. Itē † cōcurrit dolus partis iuramētum non ligat: nec opus est absolu. per tex. in aut. sacramēta puberū. C. si aduersus vēdi. qui licet loquātur qñ iuramētum fuit metu prestitū idem qñ fuit dolo cōcludunt ibi docto. ⁊ do. Abbas in. c. cum contingat. de iureiurā. vbi dominus Benedictus capra dicit se ita pluries consuluisse. ⁊ hoc voluit Ange. in. l. fi. in quibusdam lecturis. ff. qui satisda. cogan. ¶ Confirmantur predicta nam ex quo in dicta renūciatio. apparet in nō modico lesa dicta mulier presumi dȝ dolus ⁊ illi succurrendum est. ad hoc est bonus text. in. l. si supstit. C. de dolo. in verbo si lesa est immodice. ⁊ pulchre loquitur Paul. de cast. in suo cōsi. clxxiiij. incip. contra supius consulta.
10 ¶ Confirmatur nam cū leges psumant genus mulierū auarissimū. l. si ego. ff. ad velleya. ⁊ l. si stipulata. in fi. ff. de iure doti. tā immensa liberalitas in paupere muliere que eius nature repugnat non modicam hȝ psumptionē dolositatis ⁊ deceptionis. Nam circa immoderate gesta per fraudem de facili presumit. l. oēs. §. lucius. ff. que in frau. cre. ⁊ per Bart. in. l. societatem. §. arbitroꝝ. ff. pro soc. ſm do. Anto. in suo consil. xlvij. incipi. dña Orabilis. Et hanc partem amplecti dȝ dominus iudicās qꝛ iuramentū de quo agimus caret suis comitibus. s. veritate iustitia ⁊ iudicio de quibus in. c. tua nos. ⁊ in. c. quarto de iureiur. Alias esset iniquitatis vinculū contra omnia iura. vnde ex pmissis ⁊ alijs per dominos aduocatos ⁊ consultores deductis arbitror dictam renunciationem domine Appollonie non tenere. Laus deo omnipotenti Amen.

¶ Consilium. ccxv.

1 ¶ Si res vēdatur minus dimidia iusti pcij: ⁊ dictuȝ sit illud quod plus valet donatur. an requiratur insinuatio.
2 Iuramentum an excludat. l. si vnq̃. C. de reuo. do.
3 Iuramentum an suppleat defectum insinuationis.
4 Onus dotandi an pertineat ad matrem.
5 Dispositio. l. si vnq̃. an habeat locum si donās habebat filios.
6 Cautelarum ⁊ clausularum multitudo arguit fraudem.
7 Maritus si promittit pro vxore in donatione quod habebit ratum ⁊c. si postea conueniat per. l. si vnquā. an in aliquo teneatur maritus.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spiritussanctus illuminet intellectuȝ. ¶ Uisa predicta facti contingentia duo sunt discutienda in dicio meo. ¶ Primum nunquid dicta vxor possit per susceptionē filie post dictos ꝯtus illos aliquo modo irritare. ¶ Secūdum posito qđ sic. an dictus maritus sit in aliquo obligat⁹ dicte emptrici pariter ⁊ donatarie. ¶ Circa primam questionem videbatur prima facie dicendum quod nullum remediū cōpetat dicte vxori propter suscep. filie. Et in primis qꝛ quāq̃ a parte precij recepti supra posset dici donatio. Item lȝ ille qui donat per susceptio. filioꝝ possit postea donationē reuocare vt est casus in. l. si vnq̃. C. de reuocādis dona. tñ in casu nostro nō vꝫ habere locū qꝛ dicta vxor iam habebat filiū ⁊ sic iam est presumptio qđ de filijs cogitauerit qno casu qñ donator de filijs
a cogitauit nō habet locum. d. l. si vnq̃.ᵃ put ꝯcludit Bar. in. l. titia. §. imperator. ff. de le. ij. doc. in. d. l. si vnq̃. ⁊ Joan. de imo. in c. fi. extra de do. ⁊ not. in. l. si vt certi. ⁊ in. l. si cum vel in vtero. c. de testa. mil. cum si. ¶ His tñ nō obstātibus ⁊ alijs que in ꝯtrariū adduci possent ꝯtriam sniam veriorem existimo. Et in primis adduco ea que notāt Cy. ⁊ Bal. in. j. colū. in. l. j. C. de pac. vbi volunt quod si oīa bona vel maior pars est vēdita modico precio hȝ locum. d. l. si vnq̃. si hoc sit animo donandi. ⁊ ratio est quia principale propositum est donare. Si ergo hoc est qñ ꝯtus nō sonat in vēditiōe facta pro modico precio quasi videatur facta animo donādi ergo fortius in casu nostro cum expresse quod excederet dimidiaȝ iusti precij expresse donauit. patet ergo qđ lȝ donatio sit amixta ꝯtu venditionis tñ hȝ locuȝ dicta dispositio. l. si vnq̃. hoc idem sequitur Lud. ro. in. l. si quis cuȝ aliter. in. vij. col. ff. de verb. obl. adducit rōnem qꝛ quando circa idem due cōcurrūt ꝯtus species illa preualet que est potētior iuxta no. per Barto. ⁊ Lud. ro. in. l. aristo. ff. de dona. facit. l. queritur ff. de statu homi. sed talis ꝯtus magis sapit donatio. q̃ venditionem igitur ⁊c. ⁊ lȝ Jo. Cal. in consilijs suis. in ti. de emptio.
1 ⁊ venditio. consilio. ij. teneāt qđ † qñ vēdit res minus dimidia iusti precij ⁊ illud quod plus valet donatur in tali donatione non requiratur insinuatio qꝛ dȝ inspici id quod principaliter agitur. i. ꝯtus venditionis p tex. ⁊ ibi not. in. l. si quis nec cām ff. si cer. pet. ⁊ sic pari ratiōe idem dicēdum videret in terminis nostris. tamē contrarium tȝ ⁊ dictam opinionē impugnat Lud. ro. in. l. ij. in. iiij. col. in prin. ff. de ver. obli. dicēs quod est contra casum in. l. si sponsus. §. circa. ⁊ in. l. cum hic status. §. pe. v. idem erit dicēdum. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem vbi de cōtractu donationis. amixto etiam accessorie ipsi venditioni non aliter iudicat quā si foret per se facta donatio. Ad idem. etiā bonus casus in. l. si quis donatione. ff. de contraben. emp. hanc partem Ludo. ro. qđ requiratur insinuatio. tenent Pe. de anch. ⁊ Jo. de imo. in. c. cum causam. extra de emptio. ⁊ vē di. allegant not. per glo. in. l. si quis obligatus. ff. de regu. iur. ¶ Ex quibus pȝ qđ de tali re donata nō aliter iudicatur quā si simpliciter de tali partiū cōsensu facta esset donatio. ¶ Cōfirmo etiam qꝛ cum portio donata attēto iusto pcio sit maior q̃ portio vēdita potius est censenda donatio q̃. venditio p ea que notanter ponit Bald. in pemio feudo. in. vj. colū. versi. Circa primū. vbi querit an feudū possit gratia nūcupari. ⁊ dicit q̃ si fiat cōparatio in feudo cōcessionis ⁊ receptionis hñficiorum qꝛ preponderat beneficiū feudū hȝ plurimum gratie. ⁊ ideo beneficium ⁊ gratia dici dȝ. arg. l. domū. ff. de cōtrahē. emp. ⁊ ibi plene ad ppositū dicit si ergo pro illa portione saltem est cēsenda donatio. igitur locū hȝ. d. l. si vnq̃. faciunt no. per Bar. Ang. ⁊ Joā. de imo. in. l. aquilius regulus. ff. de donatio. vbi volunt qđ donatio remuneratoria inquātuȝ excedit merita donatarij dr̃ pprie donatio ⁊ sic dȝ insinuari sicut etiā videm⁹ qđ reciproca donatio inter cōiuges in eo qđ est inequalis est propria donatio ⁊ non vȝ iuxta not. per Saly. in. l. j. C. de donatio. ante nup. Et sicut dicimus qđ donatio inter patrem ⁊ filium ob merita vȝ quatenus merita sunt equinalentia ⁊ nō abinde supra iuxta no. per Bal. in aut. ex testa. C. de colla. ⁊ in aut. vnde ⁊ si parens. C. de inof. testa. ⁊ hoc possem p plura in similí cōprobare que omitto. ⁊ eo maxime qꝛ in tali cōtractu vr̃ militare ratio. d. l. si vnq̃. qꝛ non est censendum quod ita effuso sermone donasset cum tot cautelis si de filijs postea nasciturís cogitasset. vnde cum habuit filiam quam honeste nubere ⁊ dotare opus erat: si de ea cogitasset nō fecisset talem donationem per no. in. d. l. si vnq̃. ⁊ in. c. fi. extra de don. ¶ Nec ob. si diceretur qđ dicta donatio fuit multis iuramentis vallata que vidē-
2 tur seruanda etiā cū seruari possint sine iteritu salutis eterne. ar. tex. in. c. cū contingat. cū ibi plene no. extra de iureiu. † Qm̃ iuramentum nō excludit hñficium. d. l. si vnq̃. prout concludit Bar. in. d. l. titia. §. imperator. ff. de leg. ij. qꝛ eadem conditio si de liberis cogitasset inest ēt in iuramento. argumētum. l. fi. ff. qui satisda. cog. vna cum dño recupero de sancto Miniate. ⁊ dño Francisco de pisis. istud idem sequit Bal. in. l. j. in vlti. q. C. de inoffi. dona. tȝ etiā Jo. de imo. in. c. fi. in. x. col. extra de donatio. ⁊ est de mente Spec. in ti. de instru. edic. §. porro. in fi. ⁊ etiā Jo. an. ibi idem Old. cōsi. cccxxv. ⁊ Jo. an. in addi. Spe. in rubrica. de dona. ⁊ Jo. de imo. in. c. cum contingat. in penu.
3 charta. de iureiur. ⁊ l. filie. ⁊ est cōis opinio. Quinimo multi prestātissimi viri tenuerunt † qđ iuramētū non suppleat defectū insinuatiōis ⁊ sic qđ non obstante iuramento irritari possit donatio defectu insinuatiōis a qngētis florenis legalibus supra de qbus in. l. si quis argentū. C. de donatio. Ita concludunt Guli. de cu. Albe. de rosa. ⁊ Bal. in. l. illud. C. de sa. sanec. Barth. de saly. in. l. pe. C. de dona. Idem Albe. de rosa. in. l. sancimus. eo. tit. ⁊ Ludo. ro. in. l. modestinus. ff. de dona. idem consuluit Ang. in suo cōsilio qđ incipit in dei nomine ⁊c. pro parte negatiua idē Bal. in consilio qđ incipit i xpi noīe. certū est qđ filia ⁊c. ⁊ in alio cōsi. qđ incipit. Quidā masius de gualdotis ⁊ Pau. de ca. in suo cōsi. cviij. incip. visa quedam scriptura priuata. ⁊ idē Pau. consi. cviij. incipiē. circa bona que fuerūt dñi Uberti ⁊c. Sed hoc put minus necessarium nō discutio nec firmo. Concludo ergo qđ in terminis nr̃is vēdicat sibi locum dispō. d. l. si vnq̃. cum concurrat etiā quantitas donatalis quā verisimile est qđ non donasset si cogitasset de filijs nasciturís: qꝛ vt apparet attēta portione donata ⁊ attēta portione vendita cōmensurata ad iustum preciū pars honoꝝ censet donata ⁊ qꝛ vt audio pter illa maritus ⁊ vxor parum aut nihil hñt in bonis magnūq̃ sit onus filiarū feminaꝝ. vt pȝ qđ erāt accidentia a qbus validū est argumentū. l. neqꜫ natales. C. de proba. solent eñ hoīes cōgregare peculiū pro filiabus maritā-
4 dis qñ de illis cogitant non bona elargiri. † ⁊ si dicat onus dotandi non ptinet ad matrē hoc verum nisi stante egestate filie iuxta notata per Cy. i. l. mr̃. C. de iure dot. ⁊ notant Moderni plenissime in. l. j. ff. so. ma. stāte ergo dicta quātitate donata cōcurrunt oēs opiniones. ⁊ primo opinio Bal. in. l. sicut certi. C. de testa. mili. qui voluit qđ dispositio. d. l. si vnq̃. hȝ locum qñ sunt donata oīa bona vel talia que ascendūt ad dimidiaȝ put etiam voluit Bal. in. l. j. C. de inoffi. dona. et hoc per ter. in. d. l. si vnq̃. in vbo totā vel partē. ⁊ idem vr̃ voluisse Bal. in auk. ex cā. C. de libe. pte. Fortius ēt concurrit opinio Bar. quā ipse ponit in. l. titia. §. impator. ff. de leg. ij. vbi vult qđ habeat locū siue donet pars honoꝝ siue certa res que ēt valeat citra dimidiam. Et hanc opinionē sequit Jo. de imo. in. c. fi. extra de donatio. dicens qđ ter. in. d. l. si vnq̃. loquitur qñ donatur aliqua pars. vꝫ. lȝ appellatiōe partis simplr̃ veniat dimidia. vt i. l. no

a ¶ Declaratio. d. l. si vnq̃. C. de reuocā. dona.

men filiar. §. portionis. ff. de verb. sig. vbi tñ aliqua ps quali bet particulá comprehendit. glo. est not. in cle. vnica. sup vbo partiũ. de fo. compe. dũmodo fm Jo. de imo. res sit nõ parui valoris. et hác opinionem sequit Lud. ro. in. d. l. sicut certi. per rõnem Jo. de imo. quẽ non allegat reperio ẽt qõ idem tz insignis pceptor meus dñs Franci. Aretinus in. l. titius. in prin. ff. de libe. et postb. et ita als consultũ vidi per solẽnes doc. dñm Joã. de monte sperello de perusio et alios viros solẽnes. et als cũ qõ verteret i ciuitate senarũ concludebat qõ † dz esse talis res quã verisimiliter arbitrio boni viri nõ dõasset si filiũ postea natũ tunc tpis habuisset. Et hoc est ẽt de intentione Ang. in. d. l. si vnqz. ³ ¶ Soluz ergo restat respõdere ad primam obiectionem in ɔtrium factã. ex quo habebat filiũ. Nam dico qõ stant ista simul qõ habuerit filiũ natũ et nõ cogitauerit alios nascituros. Casus est in. l. is qui. ff. de iure codicil. et lz Bald. non decidat in. d. l. si vnqz. tamen Ang. ibi hanc questionez in terminis decidit. ponit enim. q. si. pr vnicã filiã viuente habebat et donauit extraneo partẽ substãtie deinde postea filij sibi nascunt. an talis donatio reuocet. et dicit qõ dicta qõ erat tũc de facto. Et videbat qõ nõ quia ius ibi loquitur qñ donatio fit per illum qui nullos liberos habebat. Sed ipse contrariũ decidit propter rationis idẽptitatẽ eo casu quo pr verisimiliter non fuisset donaturus. forte enĩ nõ curauit de filia qr tantũ sibi remansit qõ sufficiebat pro dote et filij masculi fame laborarent. ¶ Tertius aũt substantia paterna gauderet. idem ergo in casu nostro dicere possumus qõ cuz hz vnicam filiam non curauit substãtiã donare seu partem secus si cogitasset filiã habiturã in qua dotanda non vertit partium onus vt supra dictũ est attentis alijs. s. relatis verisimiliter arbitrio bõi viri talem donationẽ non fecisset si de nascituris cogitasset de quibus nõ apparet qõ cogitauerit prout est casus in. d. l. is q. in dubio aũt psumit qõ nõ cogitauerit prout cõcludit Bar. in. d. §. imperator. et Joan. de imo. in. d. c. si de donatio. iudex est ergo iudicio meo qui hz arbitrari an stãtibus pdictis si cogitasset mater de filia postea nascitura talẽ fecisset donationẽ. Et pro certo si essem iudex ita arbitrarer: et maxime qr apparet qõ fuit pdicta vxor in dictis cõtractibus multũ decepta p fraudes quas facile psumere possumus itervenisse, ex magna lesione prout declarat dominus Anto. in. c. cuz contingat. extra de iureiu. † et etiã ex tot cautelis et iuramentis et renũciationibus. nam multitudo cautelarũ arguit fraudem prout dicit glo. nota. in. l. vj. ff. de condi. insti. Et hoc de prima questione.

7 ¶ Circa scõam qõnẽ breuiter concludo † qõ lz dictus maritus promisit qõ vxor habuerit ratam dictã donationem et qõ obseruabit et non ɔueniet. tamen si vxor admittatur ad rescindẽdũ remedio de quo supra maritus non tenet ad ali qd. ¶ Et in primus moueor. ponamus qõ vxor donasset cũ hac ɔditione expressa qõ si filios postea habeat possit reuocare. et marit⁹ promisisset et iurasset qõ vxor illã teneret ratam et firmãt non ɔueniret. et questio mouet si ɔueniret an ex illa cõditiõe expssa marit⁹ teneret. et certe dicendũ est qõ non qr referẽdo se ad donationem vxoris dz intelligi eius promissio cũ conditionib⁹ expssis in donatiõe vxoris qr oĩa que sunt in termino referente cẽsent repetita que sunt in termino ad quẽ fit relatio. vt. l. l. asse toto. ff. de here. insti. et in. l. si ita scripsero. et ibi Bart. ff. de conditio. et demon. Sed de iure talis cõditio subintelligit in donatione vxoris ergo eodez modo dz intelligi in promissione viri se referentis ad illã per regulaz preallegatã. Et qr taciti et expressi idem solet esse iudicium. l. cũ quid. ff. si cer. pe. et qr expressio ei⁹ qõ inest nõ solet operari. l. non recte. C. de fideius. et in. l. iij. et ibi plene no. ff. de leg. j. ¶ Confirmatur et scdo ista conclusio qr quelibet promissio et obligatio de nõ ɔueniendo debet intelligi nisi quis ex iusta et legitima cã ɔueniat. l. pmittente. vt est tex. et ibi Dy. et Bar. in. l. qdam cum filiũ. ff. de ver. oblig. et est tex. in. l. si libertus. ff. de operis libertor. et in. c. quantauis. et ibi plene no. ext de iureiur. ergo pmissio viri debet intelligi nisi ex cã a lege permissa vxor ɔueniret. faciunt no. p Bar. in. l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. pro soc. ¶ Preterea et tertio quelibet pmissio debet intelligi reb⁹ sic stantibus. l. qõ seruus ff. de condi. ob cãm. l. questio. §. inter locatorem. ff. locati. Non aũt extenditur ad cãm de nouo superueniẽtẽ ergo nõ extendat ad reuocationem superuenientem pp nouã suscéptionem liberor. Et pro hoc qõ plene notant do. Ant. et alij in. c. peruenit. extra de iureiur. et Bar. in. l. aut facta. §. causa. ff. de penis. et Bal. in. l. cum proponas. C. de pactis. ¶ Probatur etiã et quarto qr causa a principio verisimiliter icogitata i quacunqz promissione videtur excepta per id qõ habetur. l. l. qui cum tutoribus. in fine. et in. l. cũ aquiliana. ff. de transactionibus. et in. l. mater decedens. ff. de inofficio. testa. et per Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. Ergo ista promissio viri nõ debet extẽdi ad talem causam verisimiliter incogitatam. et als in indiuiduo in istis terminis consultũ extitit per solennes docto. senenses perusinos et Bononien. ¶ Postremo ad hoc adduco consilium Pe. de ancha. consi. ccxxvij. incipien. visa facti narratione. vbi vult qõ tertius qui promitit obseruãtiam cõtractus minoris nõ tenet si cõtractus principalis minoris irritatur ex causa pmissa qr potest vti eadem defensione minoris. Ad hoc. l. ij. de fideiusso. tuto. Item qr est dependẽs prima ergo illa annullata anullatur et ista regula accessorium. c. translato. de constitu. Item qr irritata prima scõa remanet sine causa. et sic in effectu inefficax. l. ij. §. circa. ff. de doli excep. et per alias rationes de quibus ibi per eum. ex cuius decisione deciditur casus noster. sit ergo conclusio qõ dictus maritus irritata donatiõe. per vxorem in nihilo tenetur.

Laus deo omnipotenti.

¶ Consilium. ccxvj.

1 ¶ Prelati beneficiati bona cuius esse dicuntur. et nu. 2. et 3.

4 Prelati assertioni an stetur in testamento.

Dominus labia mea aperiat et spiritussanctus illuminet intellectũ. ¶ Accurate pro facto diligenter supra scriptam cõsultationẽ absoluit insignis doctor dominus dominicus Machabrunus senensis mihi honorandus frater adeo qõ vlteriori cõprobatione opus nõ erat sed vt reuerẽdo episcopo dño meo morẽ geram aliqua pro cã dicere conabor. et circa primam questionẽ dumipse faciebat difficultatem de dicto Jo. an. in isto articulo in. c. vt vnusquisqz. extra de pecu. cle. recitat plures opi. quas recitat glo. in. c. sint manifeste. xij. q. j. et Hosti. in. c. requisiti. de te-

1 sta. et tandem concludit qõ † aut cõstat prelatum tpe pmotionis habuisse bona ppria. et tũc actori cõtra possidẽtẽ incũbit pbatio qr si successor agit cõtra heredez pbare dz qõ de bonis ecclesie. si vero heres ɔ successorem dz probare qõ de bonis suis pprijs prelatus acquisiuit. et isto casu procedit opinio Goffre. regulariter eni possessio releuat ab onere probãdi. c. ex literis. de pba. Aut cõstat qõ tpe pmotiõis nõ habebat bona ppria vel sumus in dubio. et his casibus cõcludit indistincte qõ psumit p ecclesia qõ fuerint acquisita de bonis ecclesie. Et id incũbit onus pbãdi heredi quod de bonis pprijs suis acquisiuit p id quod habet in. c. j. de testa. et in. c. j. et in. d. c. vt vnusquisqz. de pecu. cle. vbi habet talis distinctio in effectu quam sequi vr do. Car. et latius Jo. de imo. cum ergo in casu nostro psupponatur qõ habebat bona ppria. Itẽ fortius quod erat doctor et ex doctoratu lucrabat. et heres sit in possessiõe vr cõcludẽdum quod prelato successori incumbat onus probãdi qõ fuerint dicta bona acquisita ex bonis ecclesie. cum ista opinio. trãsit ẽt do. Car. in. c. cum in officijs. extra de test. vbi in secũda qõne sequẽdo dicta Inn. dicit quod iudex dz arbitrari patrimoniũ clerici et qõ redditus potuerit ex reb⁹ proprijs pcipere et quid ex industria vel doctrina lucrari potuerit vt ibi latius p eum. postea in vltima qõne cõcludit quod si cõstat quod ante prelaturã habebat bona ppria et heres est in possessiõe incũbit onus pbãdi plato successori quod fuerint acquisita de bonis ecclesie cessantis nõ de posseissõe heredis. et dicit cõiecturas attẽdẽdas quas ibi ponit Inno. et sic apte vult qõ opinio Inn. nõ hz locũ qñ heres est in possessiõe: qr tũc heres hz hoc pbare. et ita dicit se in qõne de facto cõsuluisse in qõne que de facto euenit in persona dñi Frãcisci petrarce: sz do. Abb. modernus in repetitio. c. cum esses in ver. tertio ponitur pricipaliter questio. nõ tz dicta opinio. Jo. an. in primo membro. qr dicit qõ est ɔ casum in. c. j. xij. qõ. iij. et ibi optima glo. vbi probatur quod psumũtur quesita tã de bonis proprijs qz de bonis bñficij. et allegat Innoc. in. d. c. cum in officijs. idem tz do. Abbas in. d. c. vt vnusquisqz. et do. Abb. in simili in. c. pastoralis. i. ij. col. extra de decimis. put plene refert primus cõsulẽs. ita etiã tz Ja. de raue. et Bal. qui refert et sequitur dictam opinionem Inno. in aut. licẽtiam. C. de epi. et cle. et

2 sic volũt quod † iudex ex circũstãtijs attẽtis redditibus bonor patrimonij et quesitis ex industria vel doctria et redditibus ex bonis ecclesie deductis expẽsis sibi necessarijs habet arbitrari que portio sit attribuẽda bonis ecclesie et que bonis proprijs et industrie prout multum plene cõsiderat Innoc. in. d. c. cum in officijs. et sequunt ibi magis cõiter doc. et ibi Jo. de. imo. ad plenũ disputat. et fm hãc cõsiderationẽ que est equa et rõnabilis cõsuluit elegãs doctor do. Lud. roma. cõsil. clix. in formis incip. in Christi nomine Amẽ. Super eo quo queritur allegat tex. cum

3 glo. in. d. c. j. xij. q. iiij. et ibi hãc partem tz Archi. † Et eodẽ modo debet fieri diuisio quãdo bñficiatus habet plures ecclesias: et est dubium ex cuius ecclesie bonis quesierit prout declarat no. Jo. de imo. in. c. relatum. el. ij. de testa. et fm istam opinionẽ reperio genitorem meum alias consuluisse in suo cõsilio quod incipit reuerẽdus dñs Scipio insignis ẽt doctor dñs Philipp⁹ de perusio. idẽ tz in sua solẽni repetitione rubrice de testamẽtis In hoc reperio etiã hãc opinionem firmatam in quodam tractatu successiõis ab intestato cuiusdaz auditoris Rote. qui tractatus

ctatus habetur in formis. ¶ Hanc etiam opinionem sequẽdo dicta Inno. reperio tenere Io.an. in d.c. cũ in officijs. nec arbitror istas opiniones esse cõtrarias si recte intelligantur. Nam licet in dubio pro ecclesia presumatur vt in d. aut. licẽtiam. et in c.j. de testa. ista presumptio tollitur eo ipso quod ostẽditur prelatũ habuisse bona propria ex quibus potuit percipere bona quo casu ille qui est in possessione nõ habet probare sed actor. Nam ex quo est sublata presumptio iuris ex eo quia habet bona propria vt omnes fatẽtur. si ille qui agit nihil probat. vel obscure et nõ legitime probat reus possessor debet absolui lege qui accusare. C. de edẽ. c. in presentia. de proba. et ita procedũt ea que dicunt Io.an. et doct. sequentes eum in d.c. vt vnusquisque. Sed quia talis probatio dicitur esse multũ difficilis sufficit probatio per coniecturas vñ eo ipso quod apparẽt redditus ecclesie et industria et redditus bonorum patrimonij dicitur sufficienter probatum et secundum quãtitatẽ redditũ iudex habet hoc arbitrari. et ita loquuntur Inno. et Io.an. in d.c. cum in officijs. Nã in his in quibus probatio est difficilis admittitur probatio per coniecturas. l. nõ omnis. §. a barbaris. ff. de re mil. et per Bar. in l. si quis ex argẽtarijs. §. pe. ff. de ver. ob. cũ si. Unde cõcludẽdo sentio quod si tantum probaretur quod habuisset bona patrimonialia et nõ aliud procederet opinio Io.an. in d.c. vt vnusquisque. quia actor diceretur obstare probare. sed si probatur quãtitas redditũ tam de bonis proprijs quã ecclesie talis probatio coniecturalis dicitur sufficiẽs. et ita loquitur Io.an. in d.c. cũ in officijs. vbi in similibus dicit quod sufficit probatio vera vel presumptiua secundum quod
4 habetur in c. requisisti. eo. ti. ¶ † Nec premissis refragatur quod prelatus asseruit quod bona de quibus testatus est fuerũt acquisita ex patrimonio et industria quoniam ex tali assertione ostẽderetur eũ testatũ fuisse in casu permisso et non prohibito. sed absit vt in prohibitis certo casu permissis stetur dicto asserentis casum permissum subesse vt inquit Io.an. in addi. Spe. in rubrica de rebus ecc. nõ alie. et probatur per tex. et ibi per Bart. in l. si forte. ff. de castren. pecu. traditur in l. si donatiõe. de collatio. et traditur in d.c. vt vnusquisque de pecu. cle. cum multis similibus que allegari possent. Et hoc de primo. Laus deo.

¶ Casus. Concessa sunt quedam predia in emphyteosim seu ad liuellũ de viginti nouẽ annis ad viginti nouẽ annos ab ecclesia cuidã priuato pro certa annua pẽsione nũc autoritate põtificis possessoribus tanquam rebus ecclesiasticis imponitur certa collecta. dubitatur. Nunquid onus soluendi dictam collectam spectet ad ipsum emphyteotam: an vero spectet ad dominum directum. Et sic ad ecclesiam.

¶ Consilium. ccxvij.

Dominus labia mea aperiat et spiritussanctus illuminet intellectũ. ¶ Circa hãc questionem clare offertur cõclusio quod tale onus soluẽdi dictas collectas impositas dictis rebus emphyteoticis spectat ad dictum emphyteotã nõ autem ad dominum directũ. ¶ Hec cõclusio probatur quoniam tale onus soluendi collectas spectat ad possessores habẽtes maxime ius in re percipientes fructus. casus est in l. fi. C. si sine censu vel reliquis. et hoc ibi volũt glo. Bar. et doc. Ad idem tex. est cũ ibi no. in l. hi penes. C. de agri. et censi. lib. xj. cum ergo emphyteota percipiat fructus et possideat et habeat ius in re vt in l. j. C. qui in perpetuũ. ff. si ager vectig. vel emphyt. peta. tenetur ad collectas. ¶ Secundo hoc idem probatur per text. in l. ij. C. de iure emphy. vbi est casus quod emphyteota tenetur soluere onera imposita ipsi rei. et ita per illũ tex. et ibi Bar. de Saly. idem determinat Bal. in l. j. circa prin. eo. ti. ¶ Tertio probatur per tex. quẽ ibi ponderat Bal. in c. j. per quos fiat inuesti. per quẽ dicit quod feudatarius qui percipit fructus tenetur ad onera et collectas et nõ dominus directus. et per illum text. idem determinat in emphyteota ibi elegãs doctor dominus Iacob. de aluarotis allegãdo no. in d. l. hi penes. et no. per gl. in l. obsistere. C. de annonis et tribu. lib. x. ¶ Quarto probatur. Nam idem in simili videmus in vsufructuario qui ex quo possidet et fructus percipit tenetur ad alia onera et collectas vt est casus in l. hactenus. et in l. si pẽdentes. §. si quid cloacarij. et ibi per Bal. ff. de vsufruc. et in l. quero. ff. de vsufru. leg. facit. l. cũ plures. §. vehiculũ. ff. locati. ergo idem dicamus in emphyteota. ¶ Quinto confirmatur hec cõclusio per tex. et ibi no. per glo. et Bart. et latius Io. de plateis in l. obsistere. C. de anno. et tribu. preallegata secundum varias lecturas quod si imponantur onera rebus emphyteoticis emphyteota nõ soluẽte dominus potest exigere ab emphyteota et soluere fisco. et aliquãdo quod fortius est põt priuare emphyteotã iure suo ob nõ solutionem oneris iniuncti. Ergo datur intelligi quod tale onus spectat ad emphyteotam nõ ad dominum directum. ¶ Sexto hec cõclusio confirmatur per tex. cũ glo. notabili in l. j. C. de anno. et tribu. lib. x. vbi glo. mirabiliter vult secundum Barto. per illum tex. quod si aliquis locat fundũ suũ ad pẽsionẽ percipiẽdã in pecunia ita quod omnes fructus remaneant apud colonũ quod dominus ad tributa et collectas non tenetur. et hoc dicit Bar. esse perpetuo mẽti tenendũ intelligẽdo tamen in oneribus realibus prout loquimur nõ in personalibus. vt ibi latius per eũ et Io. de plate. licet secus sit in colono partiario qui soluit partem fructuũ. vt est tex. et ibi gl. Andree de barulo et Ioã. de plate. in d. l. hi penes. C. de agri. et censitis. lib. xj. Si ergo hoc est in simplici cõductore qui percipit omnes fructus. et soluit pecuniam quantomagis in emphyteota qui habet ius in re et minorem soluit pensionẽ. argumẽto aut. multomagis. C. de sacrosanct. eccles. ¶ Septimo confirmatur hec conclusio. Nam idem videmus in decimis predialibus debitis ecclesie que debẽtur a possessoribus percipientibus fructus. vt in c. cũ non sit. et ibi Innoc. et doc. extra de decimis. et in c. si quis laycus. xvj. q. j. ergo idẽ in collectis que imponuntur pro predijs et rebus. ¶ Octauo in simili videmus quod licet bona sint descripta vni in extimo et alius possideat et fructus colligat ipse possessor tenetur ad tributa et onera quia onus fructuũ ex re ipsa spectat ad possessorẽ. l. inter emptorẽ. ff. de pactis. et in l. fi. et aut. ibi posita. C. si sine cẽsu vel reliqs. et per Bal. in l. si quis negociũ. ff. de nego. gestis. et tenet Io. de plateis. per illum tex. in d. l. j. C. de anno. et tribut. Ad idem tex. in l. ij. eo. tit. ¶ Nono hoc idem probatur in simili. Nam maritus in rebus dotalibus tenetur soluere onera rei ex qua colligit fructus. Onera enim fructuum sunt vt in l. neque stipendium. ff. de impẽsis in rebus dotali. fac. per quem dicit ibi Bar. quod maritus qui possidet tenetur soluere collectas licet quando imponeretur onus personale etiam respectu rei aliquando non teneatur iuxta tex. singularẽ. et ibi Bar. in l. lutius. §. quod constructe. ff. ad municipal. ¶ Decimo cõfirmatur. Nam fortius videmus quod possessores percipientes fructus nõ solũ tenentur ad collectas pro tempore quo retineret: sed etiam ad collectas preteritas non solutas per anteriores possessores. vt notatur per glo. in l. imperatores. ff. de publi. et idem dicit glo. iuris canonici in decimis preteritis per antiquũ dominum et possessorẽ nõ solutis in c. tua nobis. et in c. pastoralis. ad fi. extra de decimis. et tenet Fed. de senis in suo cõsi. lxxiij. ¶ Undecimo cõfirmatur nos videmus quod sacerdos excõicatus vel laycus bãnitus qui nõ percipiunt fructus non tenentur ad cẽsum vel collectas. vt per Bar. in l. inter quos in §. damni. ff. de dã. infec. et late cõsuluit Ludo. ro. in suo consilio. lxxj. quod incipit. Circa primum nulla videtur dubitatio. ¶ Duodecimo et vltimo cõfirmatur ista cõclusio. Nã regula est satis nota et clara apud omnes quod quicquid sit in simplici locatione in emphyteota etiam si impediatur aliquo casu percipere fructus adeo quod nullos fructus possit percipere puta quia fructus crismate periret vel propter bella nõ diminuitur sibi pensio etiam si casu impediretur pro maiori parte percipere fructus vt est tex. in l. j. et ibi late per omnes. C. de iure emphy. et traditur per Bar. et alios in l. interdũ. C. qui ex naufragio. ff. de acqui. po. et per canonistas plenissime. maxime Io. de Imo. in c. propter sterilitatem. extra de locato. cum simi. ¶ Ex quibus omnibus concluditur quod cum talia onera sint imposita dictis rebus censentur esse imposita respectu fructuũ et spectant ad dictũ emphyteotã seu ad illum qui habet etiã ad liuellũ de viginti nouẽ annis in viginti nouẽ annos qui cõtractus nõ differt a cõtracta emphyteosis. vt dicit Barto. in l. j. C. de iure emphy. Laus deo.

¶ Consilium. ccxviij.

¶ Duplicatum supra.

Dominus labia mea aperiat et spiritussanctus illuminet intellectũ. ¶ Cõsideratis testo Marci et his que in facto narratur duo sunt discutienda si recte percipio. ¶ Primum an filij domine Diamãtis dici possint ex testamẽto vocati. ¶ Secundum quid iuris de filijs domine Tadee et eius filijs. ¶ Circa primum concludo
1 † quod filij domine Diamãtis nõ possunt dici vocati ex capite vulgaris substitutiõis ex quo illi nõ fuerũt vulgariter substituti vt patet ex forma testamẽti. si enim fuissent domine Diamãtis eorũ matris vulgariter substituti licet domina Diamans decessisset viuente testatore tamẽ eius filij substituti potuissent succedere ex vulgari. vt est casus. et ibi glo. et doc. in l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollẽ. Omnes enim attentant quod quando filij sint ita positi in cõditione dicãtur vocati. de quo statim dicam. volũt quod sint vocati per tacitum fideicommissum ex tacita mẽte testatoris quasi nõ solum do. Diamante. sed etiam eius filij voluerit substitutis preferre prout dicit text. in l. lucius in fi. ff. de here. insti. et ibi no. et maxime quando dictum est. si decesserit sine filijs vel cum filijs. et filij decesserint sine filijs prout fuit in casu nostro.

¶ Consilium. ccxix.

1 ☞ Iudex quando possit procedere ex officio ad priuatam vtilitatem.

2 Usurarius quando possit ex officio iudicis cogi ad restitutionem vsurarum.

3 Iudex quãdo possit inquirere ex officio contra vsurarios non precedente diffamatione.

4 Iudex an possit deuenire ad torturam contra vsurarios deficientibus probationibus.

Dominus labia mea ape-
riat ⁊ spiritussanctus illuminet intellectum. ¶ Cir-
ca primā difficultatem de qua queritur Bal.in.c.j.
1 §.si tres.de pace iur.fir.simpliciter dixit † quod iudex in causa
vsuraria procedere pōt ad priuatam vtilitatē:sed Innoc.in.c.
ad nostrā.el secūdo.de iureiur.tꝫ qđ tamē ad penitētiam peragē
dam.⁊ ita intelligit text.in.c.j.extra de offi.ordinarij.⁊ eius di-
ctum sequi videntur doctores.pro declaratione huius difficul
tatis cōsidero plures casus. ¶ Primus casus est qñ ille qui sol
uit vsuras iurauit illas nūc repetere ⁊ tūc qꝛ parti preclusa est
via agendi iudex ex officio potest procedere ad priuatam vtili
tatem.casus est ꝫm vnum intellectum vbi hoc notāt doctores
in.d.c.ad nostram. ¶ Cōfirmaꝛ quia vbicūqꝫ ꝓpter dolū ptis
est ꝑclusa via agēdi iudex ex officio procedere potest ad priuatā
vtilitatem.ita dominus Laudinus in clemētina prima de offi.
ordinarij ⁊ Paul.in.c.fi.de fo.compe.in.vj.Referūt moderni
in.c.qualiter ⁊ qñ.de accu. ¶ Secūdus casus est qđ notoriū est
ab aliquo vsuras esse extortas sed ipse timet illas repetere ꝓ-
pter potētiam aduersarij.⁊ hoc casu etiā iudex potest ex officio
procedere ad priuatam vtilitatē.ita probat tex.quē pleriqꝫ ita
intelligunt in.c.cū in diocesi.extra de vsuris prout ibi refeꝛ Jo.
de anania. ¶ Tertius casus est quādo iudex vult inquirere ad
priuatam vtilitatē principaliter eo casu quo pars agere potest
ꝫm Inno.in.c.ad nostrā.quē cōiter sequūtur doctores.pro pri-
uato eñ cōmodo congruis actionibus est agēdum.vt in.c.j.de
libelli obla.vel iudicis officium a parte implorādū.tenēt Joā.
an.⁊ doc.in.c.fi.de foro cōpe.lib.vj.⁊ Bar.⁊ Ange.in.l.si vacā
tia.C.de bonis vacā.lib.x.Et hec est cōis opi.verū est qđ Bal.
in loco supra allegato.⁊ Bal.in.l.ea quidem.C.de accu.simpli
citer tenuit quod in crimine vsurarū inquiri pōt ad priuatam
vtilitatem.sed eius opi.nō esset tuta nisi in casibus supra not.
¶ Quartus casus est quādo iudex vult inquirere ad correctio
nem peccati ⁊ ad penitētiam peragēdam ⁊ potest.ita cōcludit
Inno.in.d.c.ad nostram.⁊ sequūtur doctores ita intelligentes
tex.in.c.j.de offi.ordinarij. ¶ Sed vnū est in proposito notādū
quod ex quo iudex procedere potest ad penitētiam imponēdā
vt in.d.c.j.in consequentiam cogere poterit inquisitum vt alie-
num restituat:quia fructuosam penitentiam agere non potest
nisi restituat alienam.in.c.j.xiiij.q vj.⁊ in.c.cū tu .extra de vsu-
ris. ita concludit Ho.Jo.an.do.Ant.Car.Abb.⁊ Jo.de imo.
in.d.c.ad nostram. ¶ Confirmatur ista opinio.Nam Joā.an.
post Inno.in.c.qꝛ frustra.extra de vsuris.dicunt quod licet vsu
rarius agēs repellaꝛ exceptione capituli qꝛ frustra.tamē auto-
ritate superiorum cogi potest ad restitutionem illis a quibus
extorsit ex quo exonerat illuꝫ a peccato ⁊ vtiliter gerit negociū
illius ⁊ quo ad corpus ⁊ quo ad aliam per not.in.d.c.ad nr̄am.
vbi sequitur dominus Ant.Probatur etiā qꝛ vt dicit ibi Jo.
de imo.licet iudex non possit principaliter interponere officiū
suum nō petitum.⁊ fit per viam inquisitionis tamē secūdario
potest qñqꝫ licet non sit petitum vt qñ principaliter fit inquisi-
tio super correctione criminum.vt in.d.c.j.de offi.ordi.Nā tūc
in consequentiam poterit facere restitui alienum cuꝫ alias pec
catum bene corrigere non posset vt in regula peccatum.de reg.
iur.in.vj. ¶ Confirmatur etiam ista opinio per text.in.c.accu-
satus.§.quero.de hereticis.li.vj.per quem dicunt doctores qđ
pro penitentia imponi potest illud ad qđ quis de iure tenetur
qđ dicūt esse notādū.vñ cū quis de iure teneaꝛ ad restitutionē
vsuraꝝ talis restitutio pro penitētia imponi potest.non omit-
2 to etiā qđ † qñ de vsuris cōstat per libros de quibus nulla est du
bitatio vel per cōfessionē pōt vsurarius cōpelli ad restitutionē
per ea que dicit Fede.de se.in suo consil.clij.incipit Alexander
episcopus.videmus etiā quod inquisitor qui non potest de vsu
ris cognoscere potest in foro penitentiali compellere ad restitu
tionē vsuraꝝ vt in.c.accusatus ibi quero ⁊ ibi Joā.an.de here.
lib.vj. ¶ Circa scđam an precedere debeat diffamatio cōcludē-
dum est quod precedere potest nulla ꝓcedente diffamatione ex
3 duobus. ¶ † Primo qꝛ qñ iudex inquirit ex mero officio potest
nō ꝓcedente diffamatione vt cōcludit Jo.an.in.c.qualiter ⁊ qñ
el secundo.in verbo clamore.de accusa.⁊ Ange.in.l.si vacātia.
C.de bonis vacantibus.lib.x. ¶ Scđo quia vbi vertiꝛ periculū
animarum ⁊ agitur ad correctionem peccati procedi potest nō
precedente diffamatione.ita concludit Host.per illam text.in
d.c.ad nostram.el scđo.⁊ sequiꝛ domi.Abb.dicens hoc esse no-
tandum.⁊ Hosti.in summa in ti.de inquisitione.§.⁊ qualiter.
⁊ Ang.in.d.l.si vacantia.Uerum est qđ spe.in ti.de inquisitiōe
§.nunc tractemus.versiculo ceterum.dicit quod qñ proceditur
ad inquisitionem ratione priuati commodi licet nulla precedē
te īfamia procedi possit:tamē precedere debet charitatiua mo
nitio vt ibi latius per eum. ¶ Circa tertium de quo in presen-
4 tiarum queritur. † An quando alie probationes deficerent iu
dex possit ad torturam procedere. Non enim potest ad illam

a ¶ De dāi cō ꝓmisso qđ arbitrator possit auferre de iure vnius ⁊ alteri dare qūo ītelligaꝛ ēt in magna ⁊ maxia quātitate.vide ēt.j.col.iij.

deueniri nisi in subsidium deficientibus alijs probationi-
bus.vt in.l.edictum.⁊ ibi Bartolus.ff.de questionibus.duo
faciebāt difficultatem. ¶ Primo tex.in .l.diuus.ff.de questio
nibus per quē dicit ibi Bar.qꝛ in causis capitalibus ⁊ graui-
bus torquentur liberi:sed in pecuniarijs torquētur tātum ser
ui.sed ad hoc posset responderi qđ causa vsuraria non est pe-
cuniaria.cū ꝯ vsurarios sunt plures pene statute vltra vsura-
rum restitutionē.vt hꝛ in.c.qꝛ in omnibus.extra .de vsuris. et
in.c.quāqꝫ.de vsuris.in.vj.itē pōt dici grauis:qꝛ nō daꝛ maiꝰ
malū ipsa vsura vt ꝓbat Jo.an.in regula peccatum.in mercu
rialibus.de regn.iur.in .vj. ¶ Scđo faciebat difficultatem qꝛ
Ange.in sua disputatiōe que incipit astensis miles in.iiij.col.
in ver.sꝫ adhuc dubitari potest.vbi dicit se nō inuenire qđ in
causa vsuraria possit ad torturam veniri ad eruendaꝫ verita
tem criminis vsurarij.⁊ sic decidit questionē in terminis cui
neminem reperio ꝯdicere sed ad hanc obiectionem rñdeo qđ
Ange.videtur dicere cōtra casum in terminis in.c.grauis. ex
de deposito.per quem dicunt domi.Anto.Imo.⁊ do . Abb.
qđ in causa ciuili ad veritatem eruēdam potest aliquādo ꝓce
di ad torturam liberi hominis.⁊ sic videꝛ ꝯdicere tex.in.l .di-
uus.sed Jo.de imo.notabiliter dicit qđ ibi loquiꝛ qñ causa ci
uilis habet delictum annexum.⁊ ita vꝛ voluisse ibi do.anton.
ꝫm eū.secus qñ causa esset mere ciuilis ⁊ non habet delictum
annexum quo casu intelligi debet ⁊ limitari qđ dicit Barto.
in.d.l.diuus.⁊ est notabile qꝛ nec Barto.nec do.Anto.decla-
rant. ¶ Ex quibus infero ad propositū qđ ex quo causa vsu-
raria habet annexum delictum ad eruendam criminis verita
tem potest ad torturam in subsidium deueniri.Unde non vi-
detur curandum de autoritate Ange.qꝛ est contra illum text.
vt supra declaratum.⁊ non probat opinionē suā aliquo iure
vel bona ratione.⁊ si vidisset illū textū.hoc nō dixisset.Et ita
sentio in ꝓmissis ego Bartholomeꝰ Socinus iuris vtriusqꝫ
doctor ⁊c. Laus deo clementissimo.

¶ Consilium.ccxx.

1 ☞ Arbitrator potest tam de iure cōmuni quam ex forma cō
promissi auferre rem vnius ⁊ dare alteri.
2 Laudum sustentatur etiam si non appareat de compromisso
dummodo appareat quod laudum fuerit latum presentibus
partibus ⁊ consentientibus.
3 Laudum nullum an ratificari possit saltem vt transactio.
4 Reductio ad arbitrium boni viri quando peti possit.
5 Reductio ad arbitrium boni viri infra quātum tēpus petaꝛ.
6 Iuramentum an tollat reductionem ad arbitrium boni viri.
7 Reductioni ad arbitrium boni viri an renunciari possit per
iuramentum.
8 Statutum quod non possit peti reductio:nec aliqua exceptio
opponi:quomodo intelligatur.
9 Fundans se in statuto debet deducere ⁊ probare omnes qua-
litates requisitas a statuto.
10 Statutum tollens reductionem quomodo intelligatur.
11 Consensus an probetur ex patientia.
12 Appellationi quando quis videatur renunciare.

Dominus labia mea ape-
riat ⁊ spiritussanctꝰ illuminet ītellectū. ¶ Uisis cō
promisso laudo ⁊ statutis magnifice ciuitatis sena-
rū ⁊ ꝯsideratis his q̄ ī facto ꝓsupponūꝛ duo sūt inuestigāda ꝓ
presentis consultationis decisione. ¶ Primū vtrum dictum
laudū nullū demōstrari possit. ¶ Scđm posito qđ nō vtrū ꝯ
illud reductio ad arbitriū boni viri ꝫm formā statutorū peti
potuerit. ¶ Circa ꝓmum nō īprobabiliter ꝯcludi potest non
obstāte dicto cōpromisso dictū laudū fore nullū.ista conclusio
ꝓbaꝛ.Nā laudū ꝓdictū fuit latum sup re nō cōprehēsa in com
promisso igiꝛ arbitrator nō potuit sup ea laudare cū arbitro
rum ptās depēdeat a cōpromisso.l.nō distinguemꝰ.§.de offi-
cio.ff.de arbitris.⁊ in.l.si cū dies.§.plenū.eo.titu.⁊ in.c.cū di-
nostra. Et ideo iuriscõsultus dicit supficiarium habere quasi
vsumfructum in .l.j.§.pe.ff.de supficiebus.Si ergo non potest
seruitus

seruitus ꝑdialis deberi ergo nõ habemus tractare de seruitute oneris debendi sed dici dȝ cõmoditas quedam personalis ad similitudinem vsufructuarij ergo succedit clara decisio qȝ destructo edificio perit seruitus vt est casus in.l.seruitutes.§.si sublatũ.in fi.ff.de serui.vrba.prediorũ. ⁊ in.l.fundi.ff.quibus mo.vsusfru.amitta. Nã vsusfructus dr̃ seruitus psonalis ⁊ pariter.ergo et talis cõmoditas superficiei sicut qñ in totuȝ perit res emphyteotica dissoluit emphyteosis.l.j.C.de iure emphy. Unde cum perierit in totũ superficies perit omne ius superficiarij. Hoc idẽ manifeste ꝓbat in supficiario ꝑ ea ꝗ ne no.glo. quã approbat Bart. in.d.l.obligationũ fere.§.placet in decisione qõnis Sabbatine. ⁊ hoc etiã decidit Bar. in terminis.l.
4 dãni.§.ei qui.ff.de dã.infe.vbi dicit ꝙ †qñ superficies perit vicio soli supficiarius amittit ius suum.allegat casum in.l.inter quos.§.dãni.eo.⁊ ibi no.bar.per que iudicio meo deciditur ẽt questio nostra. ¶ Et lȝ ꝑmo aspectu decisio visa fuerit dubia tñ predictis consideratis vr̃ clarissima. Nec ob.text.in.l.sicuti. princi.qui supra in ɔ̃rium fuit allegatus qr loquitur qñ vicino edificio debet̃ seruitus oneris ferẽdi.vt patet in tex.dum dicit edificiorũ vicini. ¶ Quo casu põt seruitus deberi ⁊ debetur tunc edificio solo ꝓut dicit Pau.de ca.in.l.ij.de seruitu.alias aũt seruitus sup alienũ haberi nõ potuisset.vt probat̃.in.d.l.ꝗ qȝ dictũ.vñ nõ sine mysterio iura faciunt mentionem de seruitute oneris ferendi debita vicinis edibus. vt in.d.l. sicuti. in pnc. ⁊ in.l.ẽt.§.si edes.in verbo onera vicini.ff.eo.titu.qm̃ vt dictũ est al's nõ potest proprie seruitus deberi.fit ergo cõclusio qȝ nedũ qȝ ille qui habebat ptem inferiorẽ teneatur reficere sed qȝ perit omne ius superficiei habentis partem superioreȝ ¶ Et sic ex ꝑmissis ɔcurro in sn̄iam primorũ cõsultorꝝ ꝗ iuridice consuluerunt de subscriptione.igitur requisitus ⁊c.

¶ Consilium.ccxxxiiij.

1 ¶ Filius institutus sub cõditione casuali vel mixta a patre vel a matre an dicatur preteritus.
2 Curator datus bonis filij absentis an possit petere legitimam ab institutis.
3 Quota bonorum non acceptata an transmittatur.
4 Heredes si sint instituti sub cõditione.si filius nõ reuertat̃ ad patriam quid petere possint pendente conditione.

Dominus labia mea aperiat.⁊ spiritussanctus illuminet ĩtellectũ. ¶ Omisso ordine qõnũ formatarum pro declaratione presentis cõsultatiõis quatuor qõnes examinabim⁹. ¶ Prima questio erit an ⁊ quõ dictũ testm̃ in quo filius est sub ɔditione institutus sustineat̃. ¶ Scõa questio erit posito qȝ sustineat̃ ⁊ posito qȝ filius viueret ⁊ nollet reuerti pro qua pte potuerit filio ꝑiudicare. ¶ Tertia qõ erit vtrũ pro ea parte ꝓ qua non potuit ꝑiudicare curator datus bonis ipsi⁹ filij absentis possit eã pte ab institutis petere pẽdẽte ɔditione. ¶ Circa ꝑmã qõnẽ videbat̃ testm̃ eẽ nullũ.
1 †Nam filius fuit institutus sub mixta cõditione. si in patriam reuerteret̃. ⁊ sic vr̃ institutus sub mixta cõditione ⁊ nõ exheredatus in effectu.⁊ ɔ̃r tanꝗ fuerit interim ꝑteritus testm̃ sit nullũ. casus est clarus qui loquit̃ in specie in cõditione de qua agimus in.l.si pater.C.de institu.⁊ sub sti.sub ɔdi.factis. Et si dicat̃ illa.l.loquit̃ in patre nos sumus in matre cuius ꝑteritione testm̃ nõ reddebat̃ nullũ ꝑteritione materna sicut paterna.vt in auẽ.vt cum de appel. cognoscit.§. aliud quoqȝ capitulũ.⁊ tȝ glos.ordinaria cõiter approbata in auẽ.de here.⁊ fal.§.exheredatos. ¶ Sed hoc nõ obstante ɔ̃ria opi.est vior in casu nr̃o.⁊ i primis est aduertẽdũ qȝ ista ɔditio si in patriã reuertit̃ tũc est mixta qñ filius esset in lõginquis ꝑtibus ex quib⁹ reditus esset admodũ difficilis.vel periculosus secus si in ꝓpinquis ⁊ reditus eẽt facilis ita ꝓbat tex.no.in.l. suus quoqȝ.§.⁊ puto.ff.de here.insti. ⁊ iõ tex.in.d.l.si pr̃.dicit institutionẽ illam nõ valere cuius trans mare ⁊ longe agebat ergo a ɔ̃rio secus sentit qñ fuisset in loco ꝓpinquo quia tunc fuisset cõditio potestatiua sub qua institui potuisset.vt tradit in.d.l.si pater.⁊ in.l.fi.ff.de cõdit.insti. Unde in hoc dubio ex quo nõ cõstat in quo loco versetur filius nõ dȝ dici testm̃ nullum. Sed posito qȝ eẽt cõditio mixta nõ est dubium ꝙ ante ius autenticorꝝ testm̃ matris valebat qr ẽt qñ filius erat preteritus oĩno valebat.vt in.d.§.mater.⁊ lȝ hodie de iure nouissimo qñ filius oĩno est ꝑteritus testm̃ sit nullũ.vt in.d.§.aliud quoqȝ capitulũ.tñ ille tex.loqui vr̃ in simplici ꝑteritiõe nulla cã inserta nõ aũt in hac potẽtiali ꝑteritione que euenire potest ꝑ institutionem sub mixta ɔditione ſm Cy.Albe.⁊ Bal.in.d.l.si pr̃. et Bal.in.l.filius matrẽ.C.de inoffic.test. qȝ tñ nõ psequor quia non est necessarium. ¶ Preterea videbat̃ ẽt sustineri posse qr instituti sunt veniẽtes ab intestato post filiũ quo casu vr̃ qȝ testamẽtũ nõ sit nullũ anteꝗ̃ dicatur nullũ.vt cõcludit Bar.per illũ tex.in.l.si duob⁹.§.si prius.ff.de bono.pos.ɔ̃ tab.⁊ Barto. in.l.qȝ vulgo.⁊ in.l.filiũ.§.sed cũ exheredatio.eo.titu. ⁊ in.l.si duo.ff.de leg.j.⁊ Bal.in.l.posthumo.C.de bo.pos.contra tab. ⁊ in.d.l.si pr̃.⁊ Ang.in.l.qȝ se p̃ris.C.vñ liberi.qȝ etiã nõ prosequor. ¶ Sustineri ẽt põt testm̃:qr quãuis fuerit filius ĩstitut⁹ sub ɔditione casuali vel mixta:tñ vsqȝ ad ltiam cẽset̃ pure institutus conditio reijcitur ⁊ cõseruatur testm̃.ita voluit glos. no.in.l.si pr̃.C.de insti.⁊ substi.sub condi.fac.quã sequit̃ Bar. ꝗ dicit ita consuluisse per.l.qm̃ in priorib⁹.⁊.l.scimus.§.cũ autẽ.C.de inof.test.⁊ illã opi.sequit̃ ibi Pau.de ca.ꝗ dicit ꝙ nullus dat bonã rñsionẽ ad.d.§.cum aũt.⁊ ꝙ totus mũd⁹ seruat opi.Bar.qr per eam sustentantur testamẽta ⁊ prouidet̃ filijs sed ꝑ contraria opi.subuertunt̃ testamenta ⁊ in re dubia potius adherendũ est opi.que fauet testõ.ar.l.si pars.ff.de inoff. testa.⁊ in.c.fi.de re iud.quã etiã partem ibi sequuti sunt dñs Onofri.⁊ do.Jo.de mõte sperello.itẽ ambo preceptores mei do.Jo.bap.de sancto seuerino.d.Alex.de imo.rõnes nõ refero:qr plena sunt cõmentaria.idẽ tenuit Richar.malũb.idem Saly.in.d.l.qm̃ in priorib⁹. Idẽ sequunt̃ Imo.⁊ Pau.de ca. in.l.suus quoqȝ.ff.de here.insti. Imo.multum late referendo dicta multorꝝ in.l.si.ff.de condi.insti.⁊ lȝ multi ɔ̃riũ tenẽat:tñ ab opinione gl.tot autoritatib⁹ cõfirmata consulendo ⁊ iudicando non est recedendum. ¶ Postremo lȝ predicta in patre instituente filium in potestate sub cõditione casuali vel mixta aliquam habeant difficultatem:tñ in testamẽto matris ita instituentis filium minor est dubitatio:qr olim dabat̃ querela. vt est tex.ib.d.l.qm̃ in prioribus.ꝗ emanauit ad remouendũ querelam.ita concludit Bal.in.l.si mater.in princ.ff.de vulg. ⁊ pup.⁊ dicit qȝ est suum nonũ dictũ qui tñ in parte tenuit cõtra Bar.⁊ lȝ Jo.de imo.in.d.l.si mater.dicat ꝙ ex quo hodie est nullum correpta rõne legis dȝ correpta lex iuxta no.ꝑ bar. in.l.j.in prin.ff.de legi.tuto. Dici põt ſm preceptorẽ meũ dñȝ Alex.de imo.in.d.l.si mr̃.ꝙ ratio.d.l.qm̃ in prioribus.non est correpta. Fatetur eñ qȝ põt dicere testm̃ nullum qñ nullo mõ filius est institutus:lȝ est preteritus sine causa.⁊ ita loquit̃.§. aliud quoqȝ capitulũ.sed qñ filius est institutus sub conditione talis conditio abijcit̃ per.d.l.qm̃ in prioribus.vsqȝ ad legitimã ⁊ habetur ꝓ pure instituto.⁊ sic cũ non sit preteritus cessat dispositio.d.§.aliud quoqȝ capitulũ.⁊ illã opi.Bal.in.l.si mater.tenent Raph.cuma.⁊ Pau.de ca.in.l.j.C.de institu.et substi.sub cõdi.fac.⁊ Bal.in.d.l.si pr̃.in.v.col.⁊ in repeti.l.in suis.in pe.col.ff.de lib.⁊ posth.⁊ est de mẽte Cyn.⁊ antiquorũ in.d.l.si pater.ꝗ volũt qȝ.d.l.qm̃ in prioribus.procedat quando olim testm̃ poterat rũpi per querelam.sed hoc erat in testamento matris.igit̃ ⁊c.ex quib⁹ sine dubio concludo testm̃ premissum viriliter subsistere. ¶ Circa secũdã qõnem si essemus in terminis iuris cõis questio esset decisa:qr vsqȝ ad legitimã institutio est pura:qr reijcitur omnis conditio per.d.l.quoniã in prioribus admittitur filius si viuit tm̃ ⁊ in legitima statim sed a legitima supra nõ admitteretur nisi reuerteret̃:qr valeret conditionalis institutio ⁊ ɔ̃r deducto ere alieno immediate vsqȝ ad legitimã. Et sic in tertiã totius admitteret̃ vt in autenti.nouissima.C.de inoffi.test.cum ibi no. Ex forma autẽ statutorꝝ non potuit preiudicare in tribus quartis : vt ptȝ ex forma statuti positi sub rubr.qȝ mulieres habentes filios ⁊c. qȝ incipit si qua mulier.quas tres quartas filius põt immediate consequi conditione ex illo statuto sine aliqua dilatione qr licet sit alterata dispõitio iuris cõis in quãtitate legitime nõ dȝ alterata in modo ⁊ tpe ſm Jaco.butr.quem referunt et sequuntur Bal.⁊ Saly.⁊ in.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.⁊ sic ex forma statutorum videbatur ꝙ non potuerit mater preiudicare in tribus quartis quin filius statim etiam non reuertendo admittatur. Sed hic aduertẽdum est ꝙ cum pater mortuus fuerit rebellis ⁊ filius steterit absens.xxx.annis ⁊ non habuit bona in ciuitate senarum verisimiliter non debuit nec debebat tempore mortis matris onera sustinere ciuitatis ⁊ sic in successione matris non debet gaudere priuilegijs statutorum ciuitatis senarum prout clare disponunt statuta ciuitatis:lȝ illa non sint mihi transmissa :sed tñ super illis sepius consului.vnde cum tpe mortis qȝ tp̃s attendi debet iuxta no.per Barto.in.l.fi.ff.ad tertul.si filius onera non sustineret nõ gaudet bñficio statuti:⁊ sic põt tm̃ petere legitimam de iure cõi. Ex quibus concluditur primo ꝙ filius reuertẽdo est heres insolidum prout clare disponit testamentũ. ¶ Scõo concludo ꝙ nõ reuertendo si sumus in iure communi fili⁹ potest legitimam petere conditione.d.l.quoniam in prioribus. ¶ Tertio concludo ꝙ si sumus in iure municipali filius petere põt tres quartas cõditione ex dicto statuto iuxta no.ꝑ bar. in.l.j.ff.de cõdi.ex lege. Et hec de scõa qõne. ¶ Circa tertiam
2 questionem videbat̃ concludendum ꝙ †curator datus bonis ipsius filij absentis qui in dubio dari debet ille qui ab intestato successurus est filio.vt est casus ⁊ ibi doc.in.l.iij.C.de capti. ⁊ no.glo.⁊ doc.in.l.ab hostibus.in prin.ff.ex qui.cau.ma. possit petere legitimam de iure cõi vel tres quartas ex forma sta-

tutorū:qm̄ si ad petēdū legitimam cōpetit cōditio ex.l.qm̄ in prioribus.τ ad petendū tres quartas cōditio ex statuto vr̄ ꝙ tales conditiones τ sic personales actiones intētare possit cū qualcūq; actiones intētare posse videat̄ vt no.glo.in.l.ij.ff.de curato.bo.dā.τ in.l.creditor.ff.de bo.auto.iu.pos.τ glos.in.l.ab hostio⁹.in p̄n.ff.ex quib.can.maio.τ eo maxime:q: etiam vr̄ ꝙ mortuo fil⁹o succedentes ab intestato ipsi filio sint oīno habituri legitimā seu tres quartas iure trāsmissionis tam de
5 iure cōi ꝙ ex forma statutorū de iure cōi. pbat̄:q:† qn̄ aliqd de fert̄ sub rōne quote bonoꝝ transmittitur talis quota etiā nō acceptata.l.j.§ si impuberi.de colla.bo.τ no. Bal. Salyc.τ alij in.l.cū antiqorib⁹.C.de iure delib.τ ibi do. Alex.plura alle̅at. Ex forma statutoꝝ probat̄ q: cauet̄ statuto senēsi ꝙ hereditas cuiuscūq; nō adita trāsmittit̄ ad suos heredes.igr̄ cū sint habituri vr̄ a pari ꝙ possint etiā in illis bonis cōstitui curatores sicut in bonis abs̄tis ex quo eius successionē sperāt ḃm no.in d.l.iij.C.de capti.cū si. Sz p̄missis nō obstātib⁹ ɔ̄riū puto verius ꝙ immo nec legitimā nec tres quartas petere possint.et p̄ fundamēto p̄mitto ꝙ cū heredes instituti sint instituti sub conditione si fili⁹ nō reuertat̄ ad patriā interim pēdēte condi-
4 tione petere pn̄t bonoꝝ possessionē scḋm tab.τ constitui se curatores vt hr̄ in.l.j.ff.de cura.bo.dā do.τ in.l.ij.§.nō sub cōditione.ff.de bo.pos.ḃm tab.τ in.l.si qs instituat̄.τ ibi doc.maxime Jo.de imo.ff.de here.insti. Videndū est ergo nūqd curatori bonoꝝ filij cōpetat ɔ̄dō ex lege vel statuto ad petēdū legitimā vel tres quartas τ sic nūqd possint tales actiones intētare in qua dubitatione cōcludo ꝙ tales actiones intētari non possunt. Et p̄ fundamēto p̄mitto ꝙ cōditio ex.l.qm̄ in prioribus.τ cōditio ex statuto sunt actiōes personales.insti.de acti.§.sic itaq;.τ in.l.j.τ ibi Bar.ff.de cōdi.ex lege.τ sic sunt perpetue.l.si qs emptione.l.cū notissimi.τ p̄ totū.C.de prescrip.xxx. anno.hereditatē em̄ nō purificata cōditione petere nō pn̄t cū nec filius petere posset.l.cedere diem.ff.de ver.sig.hoc premisso. ¶ Primo videndū est qd iuris respectu legitime q̄ debet̄ de iure cōi ex quo nō pn̄t beneficia statutoꝝ allegari. ¶ Secūdo qd iuris respectu triū quartarū posito qō gauderent bn̄ficio statutoꝝ qō tn̄ est falsuz. ¶ In p̄ria difficultate dico ꝙ hāc legitimā petere nō pn̄t.nā legitima de iure cōi debet̄ iure hereditario nec illā fili⁹ habere pōtnisi sit heres vt no. Bar.in.l. gerit.in.ij.q.tertie principalis.q.τ Ang.τ Pau.de ca.in.l.heres instituta.C.de impub.τ alijs subst.τ ibi etiā Cy.τ Bal.et Bar.in.l.q: poterat.ff.ad treb.qō aūt curator dat⁹ bonis possit hereditatē p̄ aliqua p̄te acceptare vel aliquo iure hoc nō reperitur iure cautū.quinimo ɔ̄riū pbat̄ in.l.cū in vno.§.tutor. ff.de ap.iūcta declaratiōe Bald.in.l.potuit.in.ij.q.C.de iure delib.vbi dicit ꝙ iō pupill⁹ nō pōt adire hereditatē cū autoritate curatoris q: talis curator dat̄ ex̄ ordinē s; curator q dat̄ bonis d̄r iure extra ordinē dari sicut hn̄ dat̄ pupillo q d̄r bōis dari vt in.l.j.in fi.est casus.ff.de cura.bo.dā.facit gl.in.§.furiosi.insti.de curato.τ gl.in.l.de creationibus.C.de episc.audien. ¶ Cōfirmat̄ eadē pars alijs rōnibus q̄ cōcludūt etiā in trib⁹ quartis quaꝝ prima est. Nā hic curator q datur bonis nō ad instātiā creditoꝝ sed cōsanguineoꝝ qui successionē pretendūt non pn̄t actiones actiue intentare nisi tales essent t̄pe perituré.ita cōcludit Bar.in.l.creditores.ff.de bo.aut.indi.pos.τ est opi. Azo approbata p̄ Bar.τ Ang.in.l.ij.ff.de cura.bo.dan. τ Spe.in titu.de curatore.§.item curator.τ ibi Joā.an.in addi.t; Ang.in suo ɔ̄s.ciij.incipiē.datus fuit curator bonis. τ idē Ange.in suo cōsi.cxciij.incip.mortuo debitore.vbi videdum:q: latissime p̄sequit̄ hanc materiā.si ergo nō pōt actiōes quesitas in bonis absentis existētis intētare nō t̄pe perituras. igitur forti⁹ nō possunt actiōes nondū acceptatas intētare qn̄ non sunt t̄pe perituré p̄ut sunt tales cōditiones ex.l.que durāt.xxx.annis vt dixi. ¶ Confirmat̄ ista conclusio:q: tales curatores dant̄ ad cōseruādū bona τ postea q̄ tendūt ad conseruationē ne bona dilapident̄.l.si quis instituat̄.§.si cōditiōi.τ.§. seq.de here.insti.τ ibi Ang.τ imo.dicūt ꝙ nullum actum facere pn̄t nisi tēdentē ad ɔ̄seruationē bonoꝝ nisi qō itētare actiones tempore perituras vel alienare quando immineret graue es alienū.igitur nō pōt intētare has conditiones que non sunt t̄pe periture:q: hoc non tendit ad conseruationem:s; potius ad acquisitionē honorum:ista autē differūt conseruare et de nouo querere al's si possent de nouo q̄rere.τ hoc esset cōseruare sic querere posset τ actiōes intētare ēt t̄pe nō p̄ituras qō est falsum.igit̄ dicam⁹ ꝙ nō pn̄t actiōes tales nō t̄pe p̄ituras intētare. ¶ Cōfirmant̄ postremo alia cōsideratione.nā nō potest peti l̄tia vel ēt tres quarte nisi acceptent̄ p̄ prius. hn̄ facit tex.in.l.iij.§.acquirere.ff.de bono.pos.ti.ḡnali.τ qō p̄ illū ter. dicit Saly.in.l.j.C.de adul. Videmus in filij in legato cui⁹ dominiū transit ipso iure qō nō dicitur effectualiter acquisitum immo nō d̄r fore q̄situ̅vt est tex.cū gl.in.l.si qs ita heredē.ff.de cōdi.insti.igit̄ fortius in istis trib⁹ quartis ante acceptationē nō debemus dicere illas q̄sitas. Nā tres quarte debent̄ tanquā quota bonoꝝ ex forma statuti igit̄ an̄ acceptationē nō acquruntur.vt in.l.si qs bonorum.τ in.l.hoc amplius.§.fi.τ vtrobiq; doc.ff.de le.j. Si ergo nō dicunt̄ acquiri an̄ acceptationē qcūq; dicit qō curator dat̄ bōis ad ɔ̄seruationē vt in.l.j.§.pe.de mu.τ hono.τ in.d.l.ij.de cura.bo.dā.adducat legem hoc dicentem Erubescimus em̄ sine lege loq.l.illā.C.de col. Ex qbus ɔ̄cludo qō hēdes instituti deberēt bona administrare insolidū vel petēdo bonoꝝ possessionē s; tabulas iuxta.d.l.ij.§.si sub cōditione.ff.de bo.pos.ḃm tab.vel petēdo se dari curatores bōis iuxta l.j.ff.de cura.bo.da.pendēte ɔ̄ditione donec filius nō redeūdo petat legitimam vel tres quartas si potest vel adeundo totam hereditatem. Laus deo τc.

¶ Consilium.ccxxxv.

1 ¶ Minor ex forma statuti habilitatus ad cōtrahendū τ obligandū an possit donare vel imobilia alienare sine decreto.
2 Contractus τ obligatio minorum carentium tutore valent.
3 Donatio si nō pōt valere in vim donationis inter viuos qn̄ valeat in vim donationis causa mortis.
4 Testes an debeant esse rogati.
5 Donatio causa mortis equiparatur actibus inter viuos.
6 Testes an debeant cognoscere contrahentes.
7 Frater an sit idoneus testis pro fratre.
8 Frater est testis pro fratre in causa graui iudicis arbitrio.
9 Testis vnius inhabilitas suppletur per alios.
10 Donatio que nō valet inter viuos nec causa mortis an valeat iure fideicommissi.

Dominus labia mea aperiat τ spiritussanctus illuminet intellectum. ¶ Visa contingētia facti τ statuto mihi exhibito triplex vr̄ dubitatio in p̄senti consultatiōe. ¶ Primo est nūqd dicta disputatio sustineri possit in vi donationis inter viuos. ¶ Secūda posito ꝙ nō.an sustineri possit ī vim dōatiōis cā mortis. ¶ Tertia posito ꝙ nō an sustineat̄ ī vim codicilloꝝ. ¶ Circa p̄mā dubitationē nisi essemus in meris terminis iuris cōis deci-
1 sio esset clara ꝙ† dicta minor.xxv.ānoꝝ nō potuisset donare imobilia sine decreto τ alijs solēnitatib⁹ opportunis.vt ē casus in.l.magis puto.§.ne passim.τ per totū.ff.de rebus eorum.τ per totū.C.de predijs minorū.τ in specie in casu nostro in.l.si ad resoluendū.eo.ti.τ est casus in.l.ij.C.si aduersus donatione m vn̄ sola difficultas remanet in vigore statuti minor.xxv.et maior.xx.dicatur habilitatus ad alienādum τ donādū etiā immobilia. ¶ Et p̄mo pro fundamēto premittendū est qō minor l.p̄mittēte potest sine decreto τ sine alijs solēnitatibus alienare:vt p̄batur in.l.j.τ.ij.cū ibi nota.C.qn̄ decreto opus non est. ¶ Hoc p̄misso ōn̄dit̄ qō dictū statutū ɔ̄cedat p̄tātem alienandi imobilia maiori.xx.annoꝝ.minori.xxv. sine solēnitatibus a iure reqsitis. ¶ Et p̄mo q: dictū statutū generaliter vult quod ɔ̄ctus obligatio vel charta ab eis ɔ̄fecte valeāt τ teneant.ergo indistincte d; intelligi.τ generaliter siue ɔ̄ctus siue obligatio ɔ̄hatur sup rebus mobilib⁹ τ alijs rebus siue ɔ̄hatur sup imobilibus.l.j.§.τ generaliter.ff.de lega.prestan.l.de precio.ff.de publiciana.si ergo p̄mittit̄ ɔ̄ctus τ obligatio sup imobilibus ergo cēset̄ p̄missa trāslatio dn̄ij que sequit̄ ex ɔ̄ctu τ obligatione:qm̄ ista est regula qō vbicunq; aliquid ɔ̄cedit̄ censetur concessum qcqd ad illud sequitur.ita ɔ̄cludunt Pe.Cy.τ Bald. in lectura noua.in.l.ij.ff.de iuris.om.indi. ¶ Scḋo ista ɔ̄clusio vr̄ p̄bari. Nam si prohibet̄ translatio dn̄ij censetur prohibitus ɔ̄ctus τ obligatio p̄ut ɔ̄cludit Bart.in.l.cū lis.ad fi.ff.de fideiusso.τ tradit Bal.in.l.nō dubiū.in.xj.oppo.C.de legib.τ si concessa alienatione cēserent̄ ɔ̄cesse ɔ̄ctus τ obligatio.ergo eodem modo ɔ̄cesso ɔ̄ctu τ obligatione cēseat̄ cōcessa alienatio q̄ sequit̄ ad hoc p̄ id ēt qō no. Bal.in.d.l.nō dubiū.in.xiij.oppo. ¶ Tertio ɔ̄firmatur ista cōclusio p̄ illud capitulū statuti dū dicit in ɔ̄ctibus vero alienationis τc. qō vult qō ɔ̄ctu alienationis imobiliū in minore.xx.annoꝝ.seruet̄ certa solēnitas arguēdo a ɔ̄rio sensu.l.j.ff.de officio eius cui mādata est iurisditio.τ.l.qui testamēta.§.mulier.ff.de testa.cum si.τ q: apponēdo solēnitatē ante.xx.annū vr̄ illū post.xx.annū p̄hibere.l. statuliberū.§.stichum.ff.de leg.j.l.cū pretor.ff.de iudi.c.nōne.
2 extra de presum. ¶ Quarto ɔ̄firmat̄. Nam †ɔ̄ctus τ obligatio minoꝝ carentiū curatore tenēt.l.si curatorem habēs.τ ibi not. C.de in integ.resti.mili.τ.l.verū.§.pe.τ ibi no.ff.de mino.nisi in alienatione imobiliū.d.l.magis puto.τ p̄ totū.nisi ergo intelligamus dictū statutū in ɔ̄ctibus alienatiōis imobiliū tale statutū nihil operaret̄ q: eodē modo ɔ̄ctus τ obligatio valerēt τ tenerēt de iure cōi.igit̄ ad hoc vt aliqd operet̄ intelligat̄ de ɔ̄ctibus sup alienatione imobiliū p̄ id qō hr̄ in.l.si qn̄.ff.de le.j.τ in.c.si papa.extra de priuileg.in.vj.τ xix.distic.si romanoꝝ. ¶ Quinto hec p̄s vr̄ p̄bari ex eo q: statutū circa principium ponit de ɔ̄ctibus tam sup immobilibus ꝙ alijs rebus fiendis a minoribus

a minoribus.xx.ānoꝝ.deinū ponit̄ clā generalis de ꝯtractibꝰ
obligationibꝰ ⁊ chartis fiendis a maioribus.xx.ānoꝝ.ergo dꝫ
intelligi etiā sup immobilibꝰ ꝓut supra facta erat mētio.ꝓ hoc
tex.est in.l.qui filiabus.in pri.ff.de leg.j.⁊ in.l.si seruꝰ pluriū.in
fi.eo.tit.Et hoc maxime ad hoc vt debita sit aduersatio precedē
tibus ꝓpter aduersatiuam.sit vero ꝯtractus ⁊c.⁊ q₂ talis clā vr̄
referri ad oīa p̄cedētia iuxta no.in.l.iij.§.filiꝰ.ff.de lib.⁊ posth.
⁊ in.l.talis scriptura.ff.de leg.j.⁊ no.in.c.ij.requiris.extra de ap
pel. ¶ Sexto ⁊ vltimo videmus qꝺ aliqñ statutū loquens de cō
tractu verificat̄ in donatiōe vt cōcludit Bal.in.l.ꝯtractus.C.de
fide instr.⁊ no.in aut.sacramēta puberū.C.si aduersus vēdi. et
tm̄ donatio est alienatio.l.j.ff.de dona.⁊ maxime ēt q₂ talis īter
pretatio vr̄ ꝯuenire cōi vsui loquēdi q₂ alienatione īmobilium
appet ꝯtractus ſm quē statutū deberet īterpretari.l.liberoꝝ.§.
qꝺ tm̄ cassius.ff.de leg.iij.l.cū delanionis.§.asinā.ff.de fundo in-
stru.⁊.l.labeo.⁊ ibi Barto.ff.de suppel.legata. ¶ In ꝯtrariū
tm̄ qꝺ vigore dicti statuti nō possit maior.xx.ānoꝝ minor.xxv.
alienare oñdit̄ ex plurimis. ¶ Et p̄mo quia dicta v̄ba statuti p̄-
dicti pñt verificari. ¶ Prīo in ꝯtractibꝰ obligationibꝰ ⁊ char
tis in qbus aliq̄ alienatio nō ꝯtineat̄. ¶ Scđo ēt in ꝯtractibus
in qbꝰ ꝯtineat̄ alienatio mobiliū ⁊ illarū rerū q̄ pñt sine decre-
to alienari de qbus in.l.lis que tutores.C.de admi.tu. ¶ Ter-
tio in ꝯtractibꝰ sup alienationibꝰ īmobiliū q̄ nō pñt sine decre-
to alienari.intelligat̄ ergo dictū statutū p̄mis duobꝰ modis ad
hoc vt minꝰ corrigat ius cōe ꝓut fieri dꝫ inquātū pōt iuxta no.
p Bar.in.l.oēs populi.in.vj.q.p̄ncipali.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ in.l.
fi.§.in ꝯputatione.p gl.⁊ doc.C.de iure delibe.⁊ in.l.si serui ve-
stri.C.de noxa. ¶ Scđo ista op.vr̄ ꝯfirmari.Nā stāt hoc qꝺ qs
possit ꝯtrahere tm̄ nō possit alienare ⁊ ꝯñr facere ꝯtractꝰ. ¶ Ex
quibus īmediate sequit̄ alienatio puta donatio:vt pꝫ ex his q̄
no.ponit Bald.in.l.nō dubiū.in.viij.oppo.⁊ in.x.oppo.C.de
legi.ergo lꝫ minor sit habilitatus ad ꝯtrahēdū nō vr̄ habilita
tus ad alienādū īmobilia q₂ vnū stat sine alio nec dꝫ fieri exten
sio in correctiuis.l.p̄cipimus.C.de app.⁊ not.in.l.si vero.§.de
viro.ff.so.ma.⁊ p Bar.in.d.l.oēs populi.Ergo ista ps quasi in
terminis nostris deciditur autoritate Pau.de ca.in suo consil.
c.incipiente.In xp̄i noīe.nō est dubiū qꝺ dicta donatio ⁊c.vbi
cōcludit qꝺ lꝫ minor qui ꝯtrahit teneat̄ ⁊ obligatus sit sicut q-
libet maior nō tm̄ poterit īmobilia donare q₂ satis est qꝺ statu-
tū pōt opari qꝺ minor ēt habēs curatorē sine eo pōt ꝯtrahere ⁊
obligari ꝯtra.l.si curatorē habēs.C.de in inte.rest.mino.q₂ non
sunt extēdēda iura correctiua.Itē q₂ nō est cēsendū qꝺ statuētes
voluerit vnico v̄bo tāti iuris obseruationem tollere.l.si qñ.C.de
inoffi.testa.Itē q₂ statutū restringit̄ ad ius cōe ne quis indebi
te dānū patiat̄.l.fi.§.in ꝯputatione.C.de iure delib.c.cū dilectꝰ
de ꝯsue.⁊ pro h̄ adducit ēt q̄si casum in.l.ij.C.de his qui ve.eta
tis īpetra.vbi lꝫ quis reputet̄ maior in ꝯtrahēdo tamē nō pōt
īmobilia alienare.⁊ lꝫ Pau.de cast.nō loquat̄ p̄cise in his ter-
minis tm̄ eius rōnes vrgent in casu nr̄o. ¶ Quarto ⁊ vltio hāc
q̄ōnē ēt quasi in terminis vr̄ decidere idem Pau.de ca.in suo
cōsi.clxxj.inci.In xp̄i noīe ⁊c.incipiēdo.ar.dico dictas vēditio
nes.vbi cōcludit qꝺ si statutū disponit qꝺ in ꝯtractibꝰ minoꝝ
xx.ānoꝝ reqrat̄ certa solēnitas etiā vltra ius cōe nō dꝫ sumi ar
gumentū a ꝯtrario sensu qꝺ in maiore nō reqrat̄ solēnitas ali-
qua:sed bene qꝺ nō requiritur illa solēnitas statuti non solēni-
tas iuris cōis.qui casus cū nō sit a statuto prouisus remanet in
dispōne iuris cōis.l.cōmodissime.ff.de libe.⁊ posth. ¶ Quin-
immo ꝯcludit fortiꝰ qꝺ in minore.xx.an.nō sufficit solēnitas sta
tuti nisi ēt interueniat iusta cā.s.ꝙ īmineat es alienū iuxta not.
in.d.l.magis puto.Itē adducit qꝺ cū statutū adhibēdo maio-
rē solēnitatē fuerit editum ad illā augendā nō dꝫ opari diminu
tionē.l.cū tale.§.falsaꝫ.ff.de cōdi.⁊ demō.Itē ꝯcludit in eodē cō
silio quod lꝫ idē statutū vellet qꝺ minor.xx.ānis eēt legitime eta
tis.⁊ sic videret̄ fungi eodē iure iuxta plene no.in.l.si eum.§.q
iniuriaꝝ.ff.si qs cau.tm̄ ſm eū nō cēset̄ subrogata quo ad aliena
tionē bonoꝝ īmobiliū per tex.vbi est casus ſm eū in.d.l.ij.C.de
his q ve.eta.īpetra.vñ ex predictis nō possum inficiari rē nō es-
se dubiā nec q̄ōnem hāc vlterius decido qm̄ dato qꝺ in vim do-
nationis inter viuos sustineri nō possit sustinebit̄ immediate
in vim donatiōis cā mortis vel codicilloꝝ quod veriꝰ arbitror.
¶ Circa scđam dubitationē arbitror ꝯcludendū dictā disposi-
tionem saluari posse in vim donatiōis cā mortis casu quo nō
valeat in vim donatiōis īter viuos.⁊ p̄suppono quod lꝫ de iure
a ciuili in donatione cā mortis requirantur[a] quinqꝫ testes vt est
casus in.l.fin.C.de dona.cā mortis.tamen de iure canonico in
qualibet vltima volūtate sufficiūt duo ⁊ sacerdos:vt est casus
in.c.cum esses.extra de testa.⁊ ista est magis cōis conclusio do-
cto.⁊ docto.in.l.j.C.de sac.san.eccl.⁊ ponit plene Ludo.roma.
in sua solenni repe.aut.similiter.C.ad.l.fal.Hoc presupposito
concludi potest qꝺ cum duo testes mihi exhibiti probēt talem
donationē ⁊ alter testis mihi nō exhibitus dicat̄ idem probare
qꝺ ꝓbata est donatio per tres testes.⁊ sic valida de iure canoni
co qꝺ seruat̄ in ciuitate perusij cū sit de ciuitatibꝰ ecclesie per id
qꝺ no.in.c.j.de no.ope.nun.⁊ in.c.ij.vbi glo.de arbi.in.vj.⁊ in
c.cū esses.cū si.Nec p̄mo ob.si dicat̄ nulla h̄ īteruenit stipl̄o.⁊ sic
nō vr̄ valere in vim donationis cā mor.que fieri solet p stipl̄o-
nē.l.j.ff.de dona.cā mort. ¶ Quoniā hodie pōt fieri nudo pa-
cto vt decidit gl.cōiter approbata in.l.ij.C.de iure do.⁊ gl.in.l.
cū pater.§.meuio.ff.de lega.ij.vñ cū fuerit facta p̄sente donata
ria censet̄ ipsam cōsensisse.l.q patit̄.ff.mādati.⁊ traditur plene
in.l.que dotis.per Bart.⁊ alios.ff.solu.matri.Et cōsequenter
pacto nudo confecta substinet̄. ¶ Nec scđo loco obstat si dicat̄
qꝺ nulla fuit facta mētio mortis.ergo quāꝙ donatio fuerit fa-
cta ab existēte in periculo mortis nō tm̄ cēseri dꝫ donatio cā mor
tis sed potius inter viuos.l.seya.in fin.ff.de donati.cā mortis.
3 ¶ Quoniā ad hoc rñdeo † qꝺ illꝺ ꝓcederet qñ valere posset in
vim donationis īter viuos.Sed qñ nō posset valere vt in casu
nr̄o tunc si sit ab existēti in periculo valet in vim donatiōis cā
mortis.hoc ꝓbat tex.singu.in.l.apud celsum.§.iulianꝰ.ff.de ex
cep.doli.vbi donatio.inter vir.⁊ vxo.facta ab infirmo lꝫ nō fiat
mētio mortis ex quo nō potest valere in vim donatiōis inter vi
uos valet in vim donatiōis cā mortis.⁊ per illū tex.ita ꝯcludit
generaliter in terminis nostris īsignis doc.Lu.ro.in.l.q̄ dotis.
ff.so.ma.⁊ vidi plerosqꝫ moder.illam opi.sequi.pro hoc addu
co qꝺ singul'r voluit Bal.in suo ꝯsi.quod incip.In xp̄i noīe qꝺ
ista subtilis est.vbi ꝯcludit qꝺ si qs donat filio ī ptāte post mor
tē cū hoc qꝺ nō possit reuocari quo casu censet̄ donatio inter vi
uos.l.vbi ita donat̄.ff.de dona.cā mortis.tamen ex quo facta fi
lio nō valeret in vim donatiōis cā mortis.qꝺ dicit esse subtile.
¶ Adduco etiā Pau.de cast.in suo cōsi.xcix.incip.In xp̄i no
mine notandū ⁊c.vbi vult quod si qs donat omnia bona que
hꝫ ⁊ habiturus est vsqꝫ ad tp̄s mortis cū ꝓmissiōe de nō reuo-
cando qꝺ nō habebit locū.d.l.vbi ita donat̄ ex quo donatio in-
ter viuos presentium ⁊ futuroꝝ nō vꝫ iuxta plene not.in.l.fi.C.
de pac.⁊ in.l.stipulatio hoc modo ꝯcepta.ff.de ver.oblig.⁊ sic
valebit vt donatio cā mortis.Et omnia ista vident̄ fundari in
illa vulgari regula que hꝫ qꝺ dꝫ actus īterpretari vt potius va
leat quā pereat.l.quotiens.ff.de reb.dub.⁊.l.quotiens.ff.de re.
iur.Et q₂ nō p̄sumit̄ qs viā elegisse per quā impugnet̄ iudiciū
suum.l.miles qui destinauerat.ff.de testa.mili.multum coadiu
uant alij testes deponentes de voluntate dicte donatricis extra
dictā donationem per quos satis dat̄ intelligi qꝺ volebat do-
nare ⁊ disponere reuocabiliter:et sic non in vim donationis
inter viuos.qui testes lꝫ hoc mō nō plene probent tm̄ multū ad-
miniculantur.Ex qbus ꝯcludit̄ qꝺ licet nulla sit facta mentio
mortis tm̄ donatio cā mortis sustinetur. ¶ Nec obs.si tertio lo-
4 co diceretur ꝙ † dictus tertius testis non fuerat requisitus sed
ibi fortuito erat ꝯtra id quod h̄r in.l.hēdes palam.§.in testa-
mētis.ff.de testa.Itē nō videbat donatricē sꝫ erat post cortinā
quo casu testes in vltima volūtate nō vident̄ ꝓbare.qꝺ no.in.l.
ij.§.idē labeo.ff.de aqua plu.ar.⁊ in.l.si nō spāli.C.de testa.qm̄
ad hoc rñdeo.Et ad primū qꝺ illud ꝙ testes debeāt esse rogati
est verum in testamentis:secus aūt in codicillis ⁊ donatione cā
mortis.l.fi.C.de codici.⁊.l.fi.C.de dona.cā mortis.Item pñt es-
se femine.vt no.glo.cōiter approbata in.d.l.fi.C.de codicil.lꝫ se
cus sit in testamentis.l.qui testamēto.§.mulier.⁊ ibi no.ff.de te
sta.Ad scđm aūt rñdet̄ eodē modo qꝺ hꝫ locum in testamētis:se
5 cus aūt in donatiōe cā mortis ⁊ in codicillis. † Et in primis qꝺ
nō habeat locum in donatiōe cā mortis ostēdit̄ ratione:q₂ quo
ad modū ⁊ formam ineūdi equiparant̄ actibus inter viuos et
non testamento vt voluit glo.cōiter approbata in.l.ij.ff.de dote
prelegata.⁊ doc.cōiter in.l.ij.ff.de leg.j.in actibus aūt inter vi-
6 uos hꝫ locum gl.in.d.l.ij.§.idē labeo. † qꝺ testes post cortinam
dūmodo cognoscāt cōtrahentes plene ꝓbent ꝓut cōiter ibi cō-
cludunt Bar.⁊ doc.qcquid ibi dicat Ioā.de imo.⁊ in.d.l.si nō
speciali.⁊ Bal.in.l.ꝯuenticulam.C.de epis.⁊ cle.⁊ Inn.⁊ Ioā.
an.in.c.preterea.extra de testi.Item qꝺ non habeat locum qꝺ
in cōtrarium adductū est in codicillis ⁊ donatiōe cā mortis ꝓ-
batur rōne ⁊ autoritate.ratione:nam hoc solū reperit̄ prohi-
bitum in testamento in.d.l.si nō speciali.ergo cum regulariter a
valeat dictum testimonium in codicillis ⁊ donatione cā mor-
tis remanet regula incorrecta.l.precipimus.C.de appel.⁊.l.san
cimus.C.de testa.⁊ per hoc glo.in.d.l.fi.C.de codicil.dum vult
quod femine pñt esse testes ex quo tm̄ reperit̄ in testamentis
ꝓhibitum.ꝓbat̄ autoritate:nā reperio qꝺ hanc q̄ōnem ita de
cidit in terminis insignis doctor dñs Mathesillanus in suis
notabilibus.no.cxxiij.vbi concludit qꝺ in codicillis ⁊ dona.cā
mortis testes post cortinā ꝓbant.Et hāc decisionem refert ⁊ se
quitur elegans doctor ⁊ preceptor meus do.Alex.de Imol.in
d.l.si nō speciali. ¶ Nec obs.si quarto ⁊ vltimo loco obijciatur

[a] ¶ Et an stāte statuto de q̄ s̄.possit saltē donare causa mortꝭ ⁊ quot testes reqrantur ⁊ an possit fieri pacto nudo vel in p̄sentia sola ꝑtis.

7 ꝙ†dictus tertius testis post cortinam existens est frater car-
nalis dicte donatarie.⁊ sic nõ videt̃ qd̓ possit in tã magna sum-
ma deponere in fauorẽ donatarie per ea que ponũt doc.l.parẽ-
tes.C.de testi.⁊ in.l.q testõ.§.j.ff.de testa.Quñ ad hoc respondet̃
qd̓ frater p fratre qui seorsum habitat.⁊ non hȝ bona cõia in
causis leuibus est idoneus testis.in causis aũt grauibus non est
idoneus.ita cõcludit spec.in ti.de teste.§.j.ver.sed nunqd fra-
ter.Et hãc opinionẽ tȝ Bart.post Iac.bu.in.d.l.qui testõ.§.j.
licet dicat qd̓ nõ facit tantam fidẽ sicut extraneus.⁊ tȝ glo.in.d.
l.parẽtes.⁊ tenet Inn.in.c.insinuante.extra de offic.dele.⁊ do.
Ant.in.c.cũ oporteat.extra de accu.¶ Et ſm istã opinionem
que videt̃ magis cõis nõ obstaret ꝯtrariũ ex quo sumus in cau
sa ciuili.verum est quod Bald.⁊ Saly.in.d.l.parentes.volunt
8 ꝙ†in causa ciuili ardua ⁊ graui nõ ꝓbat etiã semiplene ꝑpter
affectionem.tñ doc.supra allegati simpliciter loquũtur.nec for-
te dicenda esset predicta cã grauis.qd̓ tñ relinquendum est ar-
bitrio iudicis per id qd̓ not.i aut̃.preterea.C.vnde vir ⁊ vxor.
⁊ in.l.in bonefidei.per Saly.C.de rebus credi.⁊ per doct.in.l.
admonẽdi.ff.de iureiur.⁊ Saly.in casu nostro.in.l.parentes.
Et si iudex arbitratur causam nõ omnino grauem tenẽdo opi
nionem Bald.habemus dicere dictũ testem nõ esse omni exce-
ptiõe maiorem:sed aliqualiter inhabilem quo casu nõ inconue
9 nit ꝙ†eius inhabilitas suppleatur per habilitatẽ illius sacer-
dotis ꝓut vult nota.Bald.in.l.si qs ex argẽtarijs.§.j.ff.de edẽ.
⁊ sequuntur ibi Moderni.⁊ ꝯsuluit Ange.in suo consi.j. qui
punctualiter loquitur in teste domestico simul cohabitante qd̓
suppleatur eius inhabilitas per habilitatem aliorũ.⁊ punctua
liter qd̓ etiã in testamẽto inhabilitas vnius suppleat̃ p habilita
tem alterius tȝ Bart.de Saly.in.l.dictãtibus.C.de te.supplet̃
ẽt eius inhabilitas per alios testes examinatos per intẽtionem
donatricis qui testes multum adminiculantur.vñ omnibus
consideratis arbitror iudicem his testibus fidẽ adhibere pos-
se in cuius arbitriũ positũ est quãta fides testibꝰ adhibẽda.l.iij.
§.tu magis.ff.de testi.⁊ ita in specie in terminis nostris decidit
Imo.in.d.l.qui in testamẽto.§.j.⁊ qd̓ pulchre not.Pau.de ca.
in.l.admonendi.ff.de iureiuran.⁊ in.l.lucius post Bart.ff.de
his qui no.infa.¶ Ex qbus infertur decisio ad vltimam dubi-
tationẽ qd̓ si dicta dispositio sufficiẽter ꝓbatur p tres testes ita
10 adminiculatos†lȝ nõ posset valere vt donatio cã mortis q̃ nul
la mortis est facta mentio vel ꝑpter absentiã donatarie valebit
in vim fideicõmissi:et sicvt donatio cã mortis,improprie prout
cõcludit per Cy.⁊ alios in.l.j.ff.de donatio.causa mortis.⁊ per
Barto.in.l.si quando.ff.de lega.j.⁊ doct.in.l.ij.eodem titulo.
Laus deo ⁊c.

¶ Consilium.ccxxxvj.

1 ☞ Actio sine cessione an competat creditori cõtra donatariũ
2 Res an transeat cum onere et quid in re legata.
3 Obligatio ꝑsonalis an seq̃t singularẽ rei successorẽ vel vniuersalẽ.



Dominus labia mea ape-
ria ⁊ spũssanctus illuminet intellectũ.¶ Placet cõ
clusio firmata p suprascriptũ prestantissimũ docto-
rem dominũ Nicolaũ altouitũ olim discipulũ meũ in p̄sentiarũ
fratrem bono.¶ Circa quã nihil est addendum cũ eleganter ⁊
subtiliter fuerit per eum discussum.est enĩ clara conclusio quod
licet quando donator in traditiõe rei donate apponit pactum
1 ꝙ†donatarius satisfaciat creditori ipsius donatoris ex tali pa
cto non queratur actio sine cessione creditori contra donata-
riũ vel q̃ sibi alio iure est succursum.vt creditũ suũ petere pos-
sit vel q̃ in eum nulla liberalitas exercetur ꝓut est casus in.l.cũ
res.C.de dona.tamen quãdo donator apponit pactum qd̓ do-
natariꝰ debeat aliquid soluere tertio in quẽ liberalitas exerce-
tur tunc fauore liberalitatis vel q̃ illi tertio non est alio reme-
dio succursum cõpetit sibi actio sine cessione.casus est in.l.quo
tiens.C.de dona.que sub modo.q text.licet loquatur qñ appo-
situm est pactũ vt aliqd ex re donata p̄stet:tñ doc.intelligunt ẽt
qñ donatur species ⁊ apponit̃ pactũ de danda pecunia a pari-
tate rationis:vt cõcludit Cy.in.l.cunctos populos.et idem te-
nẽt Bal.Ange.⁊ Saly.in.d.l.quotiens.⁊ est de mẽte Bart.in
l.stipulatio ista.§.si stipulor.ff.de verbo.ob.ad fi.vbi simplici-
ter dicit qd̓ ex tali pacto fauore liberalitatis q̃rit̃ actio sine ces-
sione.⁊ generaliter loquitur nõ distinguẽdo an apponat̃ pactũ
de soluendo aliquid extrinsecum rei donate vel aliqd ex re do-
nata cũ vtroqȝ casu militet ratio assignata per Bar.⁊ ista opi.
est cõis ⁊ tenenda qcqd ibi dixerit Ioã.de imo.¶ Sed contra
2 hanc conclusionem facere vr̃ ꝙ†dictus donatarius legando di
ctam rẽ donatã donatrici postq̃ aliquod onus sibi impositum
soluit vr̃ legando voluisse transferre in donatricẽ cum residuo
oneris soluendi dictam pecuniã filio donatricis cui adhuc nõ
satisfecerat.ista cõclusio vr̃ ꝓbari ex duplici regula vȝ ex regu-
la ſm naturam.ff.de reg.iur.⁊ illa que hȝ ꝙ testator nõ videtur
velle legãdo heredi duplici onere.l.titia.§.qui inuita.ff.de le.ij.
et vr̃ ista conclusio ꝯfirmari p ea que no.gl.in vltimis verbis in
l.debitori.C.de pac.⁊ ar.eius qd̓ habetur in.l.cũ pater.§.mense
ff.de leg.ij.¶ Cõfirmat̃ etiã hoc idẽ: nam videmus qd̓ si testãtor
legãdo legatario apponat aliquod onus:⁊ demũ legatũ trãsfe-
ratur de vna ꝑsona in aliã trãslatũ censetur cũ eodẽ onere.casus
est in.l.legatum.l.vltima.in prin.⁊ ibi no.ff.de adimen.leg.⁊ in
l.gayo.in prin.ff.de alimẽ.⁊ ciba.lega.Idẽ qñ admittit̃ ⁊ rema-
net apud heredẽ q̃ remanet cũ eodẽ onere.l.si adimendo.ff.de
adimen.legatis.igitur equũ videbat̃ ⁊ rationi consonũ in casu
nostro quod cũ res donata ꝑpter quã appositũ fuerat onus do
natario translata fuerit in donatorẽ qd̓ trãslata censeret̃ cũ eo-
dem onere.⁊ sic qd̓ donatrice acceptanda legatum onus fuerit
translatũ adeo qd̓ illi filio nulla cõpetit actio cõtra donatariũ
q̃ videt̃ donatricẽ ⁊ donatarium penitere potuisse.ar.eius qd̓
ponit Bar.in.l.q rome.§.flauius Hermes.ff.de verb.obli.⁊.l.
iij.⁊ quod ibi per Bar.ff.de seruis exportandis.et ista etiam vi
debãtur primo aspectu istam cõsultationẽ difficultare.¶ Qui
bus tñ non obstantibus que vere nõ obstãt ꝯtrariam sñiam verio-
rem existimo quod imo dicto filio ꝯ heredes donatarij cõpetat
actio ꝓut ꝯclusum est.⁊ quod per dictã.l.legatũ onus nõ intel-
ligatur retranslatum in donatricem.¶ Et hoc per regulã.l.j.
3 §.si heres.ff.ad treb.vbi habetur†qd̓ obligatio ꝑsonalis non se-
quitur singularem successorem rei sed vniuersalem.⁊ ibi Ang.
⁊ Moderni.ad idem tex.⁊ ibi Ange.in.l.si debitori.C.si aduer
sus creditorem.⁊ est bonus tex.in.l.fi.ff.de contrahen.emptio.
igitur licet donatarius esset personaliter obligatus ad dictam
quantitatem pecunie propter dictum fundum donatum tamẽ
legando dictum fundum nõ censetur res donata retrãslata cũ
eodem onere.⁊ ad glo.in.l.debitori.C.de pact.respondeo quod
ibi ideo ille qui dimittit hereditatem illi a quo obtinuit,videt̃
tacite conuenire quod soluat onera: quia de natura heredita-
tis est continere commoda ⁊ incommoda.⁊ ita loquitur tex.in
l.ij.§.penul.ff.de here.vel actio.vendi.ita declarat Bar.⁊ Bar
tholo.de saly.in.l.debitori.ex qua declaratiõe ifero quod secus
esset si fuisset dimissa res singularis legatario:quia in legatariũ
non transeunt onera.l.hereditatem.ff.mandatis.⁊ sic illa glõs.
ita declarata.per Barto.⁊ Saly.facit pro ista parte.⁊ secundũ
hanc distinctionem est intelligenda regula ſm naturã.ff.de reg.
iur.¶ Nec obstat quod testator transferendo legatum videtur
transferre cum eodẽ onere q̃ casus est diuersus quãdo testator
apposuit onus legatario propter rem legatam ⁊ antequã onus
afficeret res est translata:quia ex quo primo legatario onus im
posuit de mente testatoris a quo hoc totum dependet videtur
esse quod etiam secundus legatarius teneatur.facit quod ha-
betur in.l.vnica.§.vbi autem.C.de cadu.tol.⁊ alius est casus et
alia materia qñ testator ꝑpter aliquã rem hȝ aliqd̓ onus a quo
non põt se exonerare ⁊ tenet̃ actione ꝑsonali:an legando illam
rem videatur legare cũ eodẽ onere.in quo puncto distinguẽdũ
est ꝓut distinguit Bar.in.l.quero.ff.de vsufru.leg.post gl.in.l.
pe.§.fi.ff.de le.iij.vȝ quod aliqñ qs tenet̃ ad onus pro fructibꝰ
iam habita re.⁊ tunc transit tale onus.⁊ ita loquit̃ tex.in.d.l.q̄
stio.vbi vsufructuarius tenetur ad collecta ⁊ tributa ac similia
que sunt onera que rehabita pro fructibus possessori imponun
tur.vnde transeunt in legatarium vsusfructus rei.¶ Aliquan
do ⁊ secundo quis tenetur ad aliqd̓ onus ad quod fuit obliga
tus pro habenda ipsa re legata.⁊ tunc tale onus non transit in
legatarium.⁊ ita loquitur tex.in.d.l.pe.§.fi.per quẽ dicit Bar.
sumendo illum tex.quod si emptor legat rem emptã adhuc pre
cio non soluto non videtur legare cum onere soluendi precium:
sed illud ab herede solui dȝ,vbi etiam ita distinguit Bart.pro
his est etiam bonus tex.in.l.qui cõcubinam.§.qui certos.ff.de
le.iij.vbi si conductor legat fructus rei conducte non vr̃ legare
cum onere soluendi pensionem sed ab herede hereditatis p̄siõ
soluẽda est.ita dicamus in ꝓposito cũ donatarius tenet̃ actiõe
personali illi tertio ꝑpter rem donatã habẽdam lȝ illã postea
legauerit:tamẽ legatariꝰ non tenet̃ ad onus videt̃ enĩ testatorẽ
liberalitate vti voluisse:et sic ex premissis concluditur onus nõ
fuisse retranslatũ.¶ Quinimo si fuisset retrãslatũ quod est fal-
sissimũ tñ adhuc non potuissent preiudicare tertio cui ius erat
iam quesitũ ⁊ iã purificata erat obligatio de presenti neqȝ erat
aliquo modo suspensa q̃ venerat tẽpus obligationis quo casu
sumus extra difficultatẽ quam tangit Bar.in.d.§.flauius.qui
loquit̃ qñ adhuc tp̄s obligationis nõ venerat.secus est quãdo
venit.vt in casu nostro q̃ tunc nullo modo põt illi tertio p̄iudi
care.l.si partem.§.fi.ff.queãdmo.ser.amittat̃.⁊ ꝓbat̃ ex his que
no.gl.in.l.si absentis.C.si cer.pet.⁊ in.l.certi conditio.§.si num-
mos.ff.eo.ti.⁊ ex no.per Bal.in.l.insulam.§.fi.per illum text.
ff.so.mat.⁊ declarat not.Saly.in.l.j.C.si man.ita fuerit alie.et
do.Rapha.

do. Rapha.cu.ꝛ latius do. Alexã.in scdo casu per eum considerato in.d.§.flauius Hermes. Laus deo ꝛc.

Consilium.ccxxxvij.

1 Iudex ecclesiasticus quãdo possit inhibere iudici seculari qui primo preuenit.

Dominus labia mea aperiat ꝛ spũssanctus illuminet intellectũ. Difficultatẽ facere videbaꝛ i casu nr̃o qꝛ † nõ vr̃ per vicegerẽtẽ auumonẽsem posse inhibere seu excõicare officiales ꝛ iudicez mercãtie lꝫ coram eis eadẽ cã agitetur que pẽdet corã dicto vicẽgerente qui in cognoscẽdo ꝓuenit. cũ officiales ꝛ iudex sint extra territorium excõicantis ꝛ non subditi per id qð hr̃ in.c.vt animar̃ de constitutio.lib.vj.ꝛ in.l.extra territoriũ.ff.de iuris. om.iudi. Cõfirmaꝛ hoc qꝛ lꝫ iudex ecclesiasticus sit maioꝛ tamen ex quo secularis hꝫ ab alio iurisditione quã ecclesiasticus nõ vr̃ qð ab ecclesiastico impediri possit quo minus exerceat iurisditionem sibi a statutis concessam iuxta ea q̃ no. Bal.ꝛ An. in.l.iudiciũ soluiꝛ.ff.de iudicijs.igiꝛ cũ statutũ cõcedat qð possint ꝓcedere nõ obstãte qð lis alibi pendeat vr̃ qð a tali iudice ecclesiastico ĩpediri nõ possit. Cõprobaꝛ hoc idem magis in specie ex his que no.ponit Bal.in.l.j.C.quõ ꝛ q̃ñ iudex.allegando Fede.de se.ita consuluisse vbi vult qð si cleric⁹ cõtra laycum in iudicio seculari ꝓducit fallos testes ꝛ accuseꝛ de falso coram episcopo qð episcopus propter pendẽtiam qõnis falsi nõ põt iudici seculari inhibere ne fungaꝛ partib⁹ suis quãq̃ accusatio falsi sit ꝑiudicialis ꝛ maioꝛ ꝛ hoc euenit ꝓpter diuersitatẽ magistrarũ quoꝛuꝫ quilibet hꝫ iurisditionẽ principalẽr diuersi fori.ꝛ si episcopus ꝓpterea excõicaret iudicez secularẽ excõicatio esset nulla cum inciperet a precepto episcop⁹ iure inualido ẜm Fed.qð Bal.dicit esse no.dignũ. Ex quibus patet quod licet in causa que agitatur coram seculari obstet exceptio pendentie litis.coram ecclesiastico.tamen ecclesiasticus nõ potest inhibere vel excõicare igitur fortius idem vr̃ dicendum in casu nostro tamen ex forma statuti videꝛ qð talis exceptio pendentie litis nõ possit opponi. Sed premissis nõ obstãtibus que vere nõ obstant ꝯtrariam veriorem sñiam existimo qð ĩmo dictus dominus Vicemgerẽs potuerit excõicare.ꝛ inhibere apostolica autoritate.ꝛ pro fundamẽto ꝓmitto qð q̃ñ iudex in aliqua cã preuenit cognoscendo iuxta id qð hr̃ in.l.si qs postea.ff.de iudi.ꝛ in.c.proposuisti.de fo.compe.ꝛ pẽdente lite alter vult in eadem causa cognoscere si cõuentus fuit cõtumax coram ꝑmo iudice nõ põt coram scdo de litis pẽdẽtia opponere.vt declarat Bar. in.l.sepulchri.ff.de sepul.violato.sed an tũc iudex possit se opponere qð per scdm iudicẽ nõ ꝓcedaꝛ tuendo suã iurisditionez declarat Bar.in.d.l.sepulchri.qð nõ prosequoꝛ qꝛ nõ est casus noster ex quo reus cõparuit.si vero conuentus cõparuit ꝓut in casu nostro.ꝛ tũc iudex ꝑmus potest se opponere ne secundus iudex ꝓcedat in causa que coram eo pẽdet qꝛ interest sua vt suã iurisditionẽ defẽdat.ar.l.ꝑme.ff.si quis ius dicẽti nõ obtẽperaverit. ita inquit Bar.in.l.si marit⁹.§.finañt extrane⁹ in vltimis verbis.ff.de adulte.ex qua decisione infero qð secundus iudex cognoscẽdo in eadem cã qꝛ suam iurisditionez turbare hoc casu. ita etiam dicit Lud.ro.in.l.q̃uis.ff.de dãno infec.vbi dicit qð q̃ñ ꝯcurrit voluntas rei ꝛ iudicis põt primus iudex qui ꝓuenit prohibere scðꝫ tanq̃ turbantẽ ipm in sua iurisditione allegat no.per Inn.in.c.dilectus.de penis.ꝛ in.c.j.de officio deleg. vbi hoc clare volunt Inno.ꝛ domi. Ant.dicẽtes qð aliqua partiũ impetrat literas ad alium iudicem dicitur primus in sua iurisditione turbari.igitur fortius ðr turbari si alius iudex vult cognoscere.ꝛ hoc est satis clarum. Ex quo fundamẽto concludo quod dictus dominus Vicẽgerens ꝛ cõmissarius apostolicus potest dictum officialem ꝛ iudices tanq̃ turbantes ipsum in sua iurisditione excõicare quoniã cum procedat tanq̃ Vicemgerens autoritate apostolica potest excõicare quoscũq̃ turbantes suam iurisditionem cuiuscũq̃ qualitatis ꝛ dignitatis sint vt probatur in.c.sane el secundo.ꝛ in.c.j.de officio delega.ꝛ ibi hoc volunt Innocẽ.ꝛ domi. Anto.quia cum iurisditio pape qua vtitur Vicẽgerẽs ꝛ commissarius iuxta practicam quã ponit idem Anto.in.d.c.sane.ꝛ ibi põderat domi. Abbas extendatur ad omnes personas de mundo.ix.qð.iij.cuncta per mundum.potest vicẽgerens omnes personas de mundo turbãtes excommunicare ita dicit ibi domi. Anto.post Innocentiũ. in.iiij.colũ.ver.ad primum.ꝛ ratio est ẜm domi. Anto.ibi.in vj.not. Nam sicut quando quis committit delictum in territorio alterius qui subijcitur iurisditioni iudicis illius territorij.vt in.c.j.de raptoribus.ꝛ in.c.j.de foro competen.sic ex delicto in iurisditione commisso quis subijcitur iurisditioni illius cuius iurisditio turbatur.ꝛ per hunc locum facit quod dicit Bald.in.l.nullum.C.de testib.nec iurisditio istius scdm domi. Ant.qui gerit vices pape limitatur ad limites alicuius territorij in hac causa sicut nõ limitaꝛ iurisditio pape lꝫ secus sit in inferioribus vel in gerentibus vices inferiorũ a papa ẜm Innocẽ. do. Ant. Ex quibus ptꝫ solutio ad obiecta ad quẽ etiã particulariter respõdetur. Et ad primum qð ĩmo nõ dicitꝛ ferri sententia excõicationis in nõ subiectos extra territoꝛiũ.qꝛ ĩmo fertur in subiectos ratiõe turbate iurisditiõis que territorio nõ limitaꝛ.procedunt enim allegata in cõtrariũ in iurisditione inferioris nõ principis vel eius vicẽgerentis.vt in.d.c.sane.el secũdo. Non obstat scdm qꝛ verũ est qð nõ potest iudex ecclesiasticus impedire ne seculares sua iurisditione vtatur nisi per talez vsum turbaretur iurisditio iudicis ecclesiastici quia tunc iudex ecclesiasticus ratione turbate iurisditiõis.si est inferioꝛ potest excõicare omnes in suo territorio turbantes.si princeps vel qui eius vices gerit omnes de mũdo autoritate ap̃lica.d.c.j.ꝛ.d.c. sane cũ ibi no. Et ad statutũ vnico verbo rñdeꝛ qð non potuit tollere quomin⁹ ecclãsticus suam iurisditionẽ defendere ꝛ turbantes excõicaret iuxta tex.cũ ibi plene not.in.c.ecclesia sancte Marie.extra de cõstitutio. Non obstat tertiũ qð in ꝯtrariũ adducebaꝛ qꝛ in casu Bald.nõ turbatur iurisditio ecclesiastici quomin⁹ possit legitime ꝓcedere in cã que corã eo pẽdet lꝫ illa sit ꝑiudicialis.vtiꝛ enim iurisditiõe sua in puniẽdo.ꝛ secularis sua in cognoscẽdo de cã pricipali.que cognitio nõ affert ꝑiudiciũ in cã que pẽdet coram ecclãstico sicut q̃ñ eadẽ cã pendet.vñ termini sunt diuersi ꝛ diuerse cõsideratiõis igiꝛ nõ est bona illatio.l.papinianus exuli.ff.de mino.ꝛ in re dubia debẽt iudices abstinere ex quo agiꝛ de periculo anime.c.in bonis.de sponsa. Laus deo ꝛc.

Consilium.ccxxxviij.

1 Testatoꝛ si substituat titiuꝫ et filios et nepotes an omnes admittatur simul an ordine successiuo.

2 Substitutio q̃ñ fit de patre et filijs indefinite intelligitur facta ordine successiuo.

3 Substituto' verbũ non importat fideicõmissariam sed solum vulgarem.

4 Interpretatio in dubio fit pro herede cõtra fideicõmissarium.

5 Fideicõmissum factum post mortẽ plurium an videatur factũ ab vltimo moriente.

Dominus labia mea aperiat ꝛ spũssanctus illuminet intellectũ. Suprascripti insignes iuriscõsulti ꝗ ambo ꝑceptores mei fuerũt q̃bus plurimũ debeo ꝓpositã sibi cõsultationẽ quã arbitroꝛ subtilez abunde ꝛ subtiliter enuclearunt.ergo autem post terga optimoꝛum messorum spicas nõ vllas colligam. Et in ꝑ
1 mis arbitroꝛ illam conclusionem verissimaꝫ q † Hieronymus ꝛ filij ꝛ nepotes pariter ad substitutionem admittantur prout est communis opinio in.l.gallus.§.quidam recte.ff.de libe.ꝛ posthu.quã tenẽt doct.procõsulentes allegati. Quibus addo ꝛ qð eadem tenuerunt Hostien.ꝛ domi. Anto.in.c. Raynutius de testamentis. Qui per illum tert.dicit qð institutio seu substitutio relata ad duas ꝑsonas dispares in gradu ad vtruq̃ que .principaliter refertur ꝛ non ordine successiuo .ꝛ idem tꝫ ibidem doc. Abba. Modernos idem do. Cardina.qui allegat etiã tert. ꝛ glos.in.c. Raynaldus eodẽ titu .idem Ioã.de imo.idem etiaꝫ Pet.de anch.in.xiiij.questiõe.in qua cõsiderat qð aliquando testatoꝛ vtitur noĩe collectiuo ꝛ tunc seruatur ordo.l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij. Aliquando ꝛ scðo testatoꝛ vtitur nisiunctiua.ꝛ tunc idem.l.cum pater.§.pe.ff.eod.tit. Aliquando testatoꝛ vtitur coniunctionem copulatiua puta fratrem et filios.ꝛ tũc dicit qð solus ordo charitatis abstractus ab omni ordine debiti naturalis in legatis ꝛ fideicõmissis.ꝛ non habet locum ordo successionis.sed substituti equaliter succedant. et ita dicit velle.glo.in.d.l.gallus.§.quidam recte.ꝛ sic intelligendũ esse text.in.d.c. Raynutius.ꝛ hãc dicit sibi videri veritatem hanc eadem opi.tenet Cardi.in.d.c. Raynaldus.in quarta oppo.ꝛ in.c.requisisti.in quarto not.eodeꝫ titulo.sed quia data veritate hui⁹ communis opinionis multum clara consultatio predicta ostendiꝛ quod vendicet sibi locũ in casu nostro idcirco aliqualiter circa hoc fundamentum instabo ꝛ in primis nõ videtur dicta opinio adaptari ad factũ nostrũ. Nam in casu doctorum deciditur q̃ñ substituo puta fratrem ꝛ filios.in casu autem nostro substituti Hieronymũ ꝛ filios ꝛ nepotes.ꝛ sic videtur diuersus casus.cum testatoꝛ digrediatur adulterioꝛem gradum vltra filios.ex diuersis autem non fit illatio.l.fi.de calumniatoribus. Sed hoc non habet obstare qð ostenditur autoritate ꝛ ratione autoritate. Nam hoc decidit Ang.in suo cõsil. xxxvij.incipi. In dei noĩe ꝛc. Cum institutio sit de his.dicit eñ Ange.quod si sint demonstrati tam primi quã secundi vel vlteriores puta quia est institutus pater et filij.ꝛ sic ponit exem

plum de primis ⁊ secundis. ⁊ cum ergo Ang. dicit vel vlterio-
res manifeste apparet qd̓ idẽ voluit Ange. si essent demonstra-
ti vltra filios etiam nepotes. ⁊ tamẽ decidit qd̓ censerent̃ simul
vocati per. l. si mulieri ⁊ titio. ff. de vsufru. accrescẽdo. Ratione
autem ostenditur quia qua ratione demonstrato patre ⁊ filijs
